UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Expensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

¶ Supplicatio in quo differat ab appellatione.

a 3.§. Differt autẽ [a] ſupplicatio ab appellatione: quia appellatur intra decem dies: ſupplicatur uſque ad
biennium, vt ſ̃.§.j.ver.ſolus. Alij dicunt ꝙ ſupplicare debet, quã
primum potuit cognoſcere ſe læſum fore, ut ext.de in inte.reſt.
1 ex literis.ext.de fri.& malef.c.1.& c.fi.¶† Item ſeruus poteſt ꝓ
domino ſupplicare, ſed nõ appellare, ff.de ap.ſerui. C.de precib.
imper.offer l.j.& l.vniuerſis. Item generaliter omnes liberi poſ-
b ſunt ſupplicare: ſerui non niſi pro ſe & domino [b], vt ibi, & ff.de
his, qui ſui, uel alie.iuris ſunt, l.j.& ij ff.de iud.vix certis. Item dif-
ferunt in caſu, quem habes ſ̃.ti.prox.§.videndum.ver.& no.ibi,
2 item is qui.¶† Item pendente appellatione nil eſt innouandum,
vt ſ̃.de ap.§.nouiſſime.ſed ſupplicatione pẽdente mãdatur exe
c cutioni ſententia, vt ſ̃.§ j.[c] ¶† Item ante ſententiam nõ licet ſim
3 pliciter ſupplicare, vt C.vt lite pen.l.2.ſed appellare ſic, vbicun-
que grauamen infertur, ext.de ap.vt debitus. Itẽ ſupplicatio pro
tendit̃ ad noua & vetera: appellatio vero ſolũ ad ea, ſup quibus in
terponit̃, ff.de minor.præfecti.ext.de in int.reſt.ſuſcitata.& c.ex
literis. ¶ Item ſemel tantum ſupplicatur, bis poſt ſententiam ap-
pellatur. ¶ Item ſupplicans cauet, in appellatione nulla cautio
d præſtatur, vt ſ̃.§.j.in fi vnde verſus [d]:

*Diſcrepat appellans ab eo, qui ſupplicat ipſe.*
*Imputat errori proprio, redit hæc ad eandem.*
*Hic ſemel auditur, cauſa pendente ſatiſdat.*

ADDITIONES.

a Differt autem. Dictum Ioan.de Deo vbi ſ̃.in prin.

b Et domino. Id eſt, pro nece domini, ſecundum Azo. hoc vult l.j.prællegata: addit Azo.caſum l.Iuliæ maieſtatis, ff ad l.Iul.maie.l.nullus. Subdit etiam, quod forte idẽ in omni caſu, quo ſeruo permittitur agere, vel ad principem confugere, per duas leges ſtatim allegatas. Addit, ꝙ ſi ſeruo ſupplicante, ſupple, etiam eo caſu, quo non debebat admitti indulgeat principis reſcriptum, tenet per l.vniuerſis.ſ̃ prox.allegatam.

c §.j. ¶ Quæritur de ratione, quare pendentia appellationis & reſtitutionis in integrum impediant executionem, & ſupplicatio etiam intra decẽ dies facta non impedit. De reſtitutiõe patet ſ̃.ti.prox.§.vlt.in prin.de reliqs hic ſufficere poſſet, quod prærogatiua harum ſententiarum, à quibus non appellatur, hoc inducit, vt ſcripſi de reſt.in inte.ſuſcitata ſuper gl.pen. Dicũt quidam, quod ſupplicatio continet benignitatem petentis, & iudicis: & ideo hæc reſponſio ſufficere poteſt, quo ad appellationem: quæ initur iuſtitiæ: ſed non, quo ad reſtitutionem, quæ benignitatem iudicis & fauorem petentis reſpicit, ff.de mino.præfecti Si dicatur, ꝙ ſupplicatio voluntate recipitur, contradicere videtur §.aliud.in corpore, vt ſponſa.larg.Col.ix. Item ſi dicas, quod per appellationem extinguitur, vel ſuſpenditur pronũciatum, vt dicit Iac.de Bel.in prin.§.aliud.hoc eſt, quod quæritur, quare plus ſuſpendit appellatio quam ſupplicatio. Mihi videtur his tribus, quę diuerſa ſunt, merito tribui diuerſos effectus. Dico igitur, quod appellatio quę interpoſita eſt à ſententia, puræ iuſtitię innititur: propter quod executio fieri non poteſt: & ſi facta eſſet intra decendium, quo fuit poſtea appellatum, reuocatur executio per modum nullitatis & attentati, de ap.non ſolum.li.6. Reſtitutio innititur iuri: habet tamen miſtam gratiã, non dico à iudice, ſed à iure inuentam. Si lata eſt igitur ſententia contra eccleſiam, vel minorem, & ab ea non fuit appellatum: iuſte fit executio ſententiæ. Si tamẽ poſtea intra tempus iuris petatur reſtitutio, fateor, quod impediret executionem fiendam: ſed iam factam non annullat, vel reuocat. Verba enim nõ ſolum innuunt, ꝙ ea poſtulata, licet nondum conceſſa, nil noui fiat circa rẽ vt dicit rubrica Codicis. Abſurdiſſimum enim eſſet: ꝙ vltra terminum tardari deberet executio eo caſu: & imputet ſibi, qui non appellauit. Supplicatio tantum habet præſumptionem contrariam ex perſona proferentis, quod appellare non licet. Eorum ergo fuit ipſam non parificari alteri præmiſſorum. ſatis enim ſibi eſt, quod contra id, de quo alter prædictorũ, ſ. Papa, princeps, vel præfectus prætorio poterat legem facere, auditur. de primis conſtat: de tertio patet C de off.præfe.præ.l.2. Eligit ergo ius quandã viam mediam, vt ipſo cito ſupplicante fiat executio cum remedio cautionis: alias ſine illo, & vt ſemel tantum ſupplicetur. ſimile de of.del.quærenti cum concor.

d Verſus. ¶ Hos verſus poſuit Io.de Deo, vbi ſ̃.& in fine primi verſus ponebat tempore: & non eſt congruus verſus: vnde communiter habetur ipſe. Eſt ſciendum ꝙ Cy.in auth.quæ ſupplicatio.in fi. allegans hunc titulũ, dixit differentias hic notatas inter appellationem & ſupplicationem. non omnes eſſe veras. quod dixit ſe dicturum ſuper l.vnica, C.de ſen.præfect. præ.ſed ibi non dicit, oblitus, vt puto.

¶ Supplicationis effectus.

4.§. Effectus autẽ ſupplicationis eſt, quia ſi princeps reſcribit ad ſupplicationem, obtinet vicem litis conteſtationis, quantum ad hoc, ut perpetuetur vſque ad xxx.annos: ſecundum alios vſque ad lx.C.de anna.excep.l.1. & tranſit ad hæredes & contra hæredes, vt C.quãdo li.prin. ob lit.conteſt.xvj.q.3.§.poteſt.circa medium, ff.de actio.& obl.conſtitutionibus.

ADDITIO NOVA.

* Nota ꝙ licet à ſententia vicarij non poſſit ad epiſcopum appellari: cũ cenſeatur idem tribunal.c.Romana.de ap.lib.6.tñ à ſententia vicarij poteſt epiſcopo ſupplicari.no.Stephanus in Clem.j.de reſc. Item non cenſetur idem tribunal quo ad recuſationem, c.ſi contra.§.fi.de of.del.lib.6.

a ¶ De expenſis [a]. Rubrica.

AD huius partis tractatum pertinet aliqua de expenſis videre: & quoniam ad ea, quæ frequentius accidunt iura debent adaptari, vt ext.vt lit.non conte.quoniã frequenter.& ff.de legi.nam ad ea.idcirco de eis. quæ ſæpiſſime in iudiciis petuntur, vtile viſum eſt doctrinam tradere copioſam Super quo ſciendum eſt ꝙ expenſarum quædam fiũt ext.iudicium, de quibus aliqua præmittemus, licet ext.propoſitum principale: aliæ in iudicio, de quibus poſtea ſupponemus.

ADDITIO.

a Vt dixi in rubrica proxima, Practici auctores omiſerant hanc rubricam, excepto Io.de Deo, qui poſuit ipſam Cauil.lib.6.rub.pe.modicum tamen de ipſa poſuit ibi in fine, ſed tranſtulit ſe ad Summam Azo. Inſt.de pœn.tem.litig.& fere ad literam poſuit, quod ibi dicit Azo: quod tamen eſt ext.propoſitum, ſ.de aliis pœnis tractando, de quibus j̃.ti.2.non de pœna expenſarum. Poſuit etiam ipſe Io.rubricam iſtam vltimam, in libro Iudicũ, in qua etiam nil dubium apparuit. Azo in Summa de fruc.& lit.expen. nõ ingreditur materiam noſtram, ſed remittit ad rubricã de ſportulis: ibi autem tractat de expenſis in lite fiendis, in ſportulis & aliis, non de repetendis: & in ti.præ.ver.in ſententia.de his vnicum verbum ponit: proſequitur autem materiam primę partis in ti.de rei vend.pen.col. ver. impenſarum.& Vin.tandem in dec.vt præteritæ.de ele.in j.gl.Acc.in l.in fundo. ff.de rei ven.in ult.gl.de qua gl.remittit auctor ad aliã gl.Acc.& ad Rof.in fi.ver.qui incipit, ex præmiſſis. Superuenit autem copioſus noſter Hoſt. qui in Summa de dol.& cont.§.qua pœna: plene tractat de his expenſis litium incipiens ibi poſt prin.ver punitur etiam contumax. & eam proſequitur vſque ad ver.item punitur.prope fi.§.quem ver.allegat auctor.ad vnum tãtum j̃.ver.& nota, cum tamen quicquid ibi eſt, totum ſub ti.iſto poſuit. ipſe etiam Hoſ.doctrinam ſuam extollens ibi in fi.dicit, quod non inuenit alibi materiã ſic diſcuſſam, & verum dixit, tamen nunc hic plenior fuit auctor magnus ſ̃.Gigantem: ſtudentes debilis capitis, quos grauat ſcriptorũ prolixitas, maxime cum eadem ſepius repetuntur, vt hic, ſatis poterũt per tranſire cum gl.dec.ad fi.& epilogo & ſuppletionibus, quæ ſcripſi ſuper illa. Circa expenſas autem hic notandum, ꝙ negotiorum geſtor non petit ſibi fieri expenſas geſtionis fiendæ, idem dico de coniũcta perſona: petunt autẽ iam factas vtiliter ſibi reſtitui, & procedit hoc, ſiue ſit extraneus geſtor ff.quod cu.vni.l.j.in fi.ſiue ſocius de corpore, e.ti.ſicut municipiũ. ij. reſp. ſiue ſit etiam communio indiuidua, ff.de ne.geſ.qui negotia.§.fi. quod intellige, vt ibi no.& in hoc differunt à procuratore, qui petit fiendas, vt de ele.cupientes.§.ad hoc.& factas iuxta mandatum, licet non vtiliter, vt no.ext.de proc.cum pro cauſa. In geſtore igitur, an debeantur expenſæ, declarat euentus; vt ſcripſi poſt Hoſt.de ele.cum inter canonicos.ſuper j.gl.& no.in dec.cupientes.in vlt.gl.ante fi Ex his concludo, ꝙ ſi contra prouiſum ſit auctoritate apoſtolica, vel alterius, in eccleſia collegiata aliquis de corpore appellat, licet nomine eccleſiæ & ſuo, ſi tamen non habet mandatum à capitulo, nec expenſas in proſecutiõe fiendas habebit à capitulo: nec factas recuperabit, ſi ſuccumbat: hoc maxime, quando capitulum paruit illi prouiſioni: vel, quod plus eſt, ſatis eſt ꝙ reſtiterit, vel contradixerit, cum eo caſu pro conſentientibus habeantur, vt in regula, qui tacet.lib.vj.vbi cõc. Adminiſtrator ergo, qui facit expenſas in negotiis capituli, vt habet quarundam eccleſiarum mos, tali appellanti expenſas adminiſtrare non debet in dubio futuri euentus. facit de ſponſa.iuuenis. vbi conc.j.gloſſ. & ff.de admi.tuto.§.fi.& ibi conc.in gl.fi. Si autem capitulum expreſſe prohibuiſſet, poſt prohibitionem factam expenſas etiam vtiles, quas feciſſet, non recuperaret, vt in l.fi.C.de neg.geſt.vbi autem non fuit contradictum, & obtinuit, diſtinguitur, an proſequeretur negotium proprium, & tunc a victo recuperat: an commune, & tunc ab eccleſia; vt no.in dec.cupientes.in vlt.gl.vltra medium. Adde huic vltimæ parti addit. Io.And.Old.conſ.38.incip.thema tale eſt; epiſcopus.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ extra iudicium factæ, cuius gratia factæ dicantur.*
2 *Expenſæ ratione fructuum factæ à poſſeſſore, veniunt deducendæ.*
3 *Reficere eſt iam facto remedium facere.*
4 *Malæ fidei poſſeſſori ædificanti in area aliena, an ſit in expenſis ſubueniendum.*
5 *Sumptus facti ab illo, qui primo fuit bonæ fidei, ſed poſtea defecit, qualiter ſint compenſandi.*
6 *Sumptus facti in reficiendo fundum alienum, an & qualiter ſint reſtituendi.*
7 *Bonæ fidei poſſeſſori pro omnibus impenſis in fundo alieno factis, eſt ſubueniendum.*
8 *Expenſæ extra iudicium factæ qualiter ſint petendæ.*
9 *Expenſæ diuerſimodè factæ diuerſimodè ſunt conſiderandæ.*
10 *Victus victori in expenſis eſt condemnandus.*

¶Expenſæ extra iudicium faciendę, quæ dicantur.

1.§. Expenſæ igitur quæ fiunt extra iudicium, aliæ ſunt neceſſariç, aliæ utiles, aliæ uolupta-
a riæ [a]. Neceſſariæ ſunt, quæ ſi factę non eſſent, res eſſet omnino
peritura, & deterior futura. Vtiles dicuntur, quę rem faciunt me
liorem: deteriorem autem eſſe nõ ſinunt. Voluptariæ dicuntur,
quæ rem exornãt: ut puta picturę, incruſtatiões, & ſimilia. De his
omnibus ſunt exempla extr. de deci. paſtoralis. & ff. de uerb. ſig.
impenſæ. ff. de impen. in reb. dot. fac. l. 1. 2. & 3. & l. veluti. & l.
uoluptariæ. & l. utilium. & l. pro uoluptariis. & l. impẽſæ & l. fi.
1 † Et harũ impenſarũ quædã fiũt gratia fructuũ percipiendorũ,
ut quæ fiunt in arando & ſeminando: quædã gratia colligendo-
rum, vt quę fiũt in metẽdo & triturãdo: quędã gratia conſeruã-
2 dorũ, ut quę fiũt in horreis parandis, ut ff. e l. 3. §. nos igitur. † Ex
penſæ igitur, quæ fiunt ratione fructuum quocunque de prædi-
ctis modis, deducuntur à quolibet poſſeſſore, ſiue poſſideat bo-
na fide, ſiue mala, ext. de eo, qui mit. in poſ. cauſ. rei ſer. c. pen. in
fi. ff. de petit. hæred. ſi a domino, uel patre. §. fi. & l. planc. in fi. &
C. de fru. & lit. expen. l. 1. necullus caſus interuenire poteſt, qui
hoc genus deductionis impediat. ff. fami. erciſ. fundus qui. reſp. 1.
in fi & ff. ſol. mat. fructus quia non cenſetur fructus, niſi quod ſu
pereſt deductis expenſis, ut ibi, & ff. ſol. mat. fructus. & de oper.
lib. l. 4. & in præd. l. de fruc. & li. expen & ff. man. quia mutuam a-
lias incipit, idemque. §. idem Labeo. & ar. in præ. c. paſtoralis. &
no. extr. de reſti. ſpol. grauis. Quod ſi excedunt fructus, adhuc di
co in bonæ fidei poſſeſſore horum rationem habendam: ſecus
in malæ fidei poſſeſſore, ſecundum quoſdam, ff. de pet. hæred. ꝙ
3 ſi ſumptus. ¶ † Si autem fiant circa rem principalem, ſubdiſtin-
gue: quia aut fiunt in de nouo faciendo, aut in reficiendo. Dicitur
autem quis de nouo facere cum de nouo ędificat: reficere vero,
eſt ædificio iam facto remedium facere, ff. de itin. actuque priua.
l. 3. §. pen. ff. de vſuf. l. uſufructuarius nouum. & arg. extr. de Iudæ.
b Iudæi. & c. conſuluit [b]. Si quis ergo facit ſumptus circa rem prin
cipalem de nouo ędificando, aut ab initio fuit bonæ fidei, & du
rauit ſemper bona fides: aut ab initio fuit malę fidei, & durauit ſẽ
per mala fides: aut fuit ab initio bonæ fidei, ſe non durauit bona
fides, quia factus eſt malę fidei poſſeſſor. In primo caſu, ſcilicet
quando ſemper fuit bonę fidei, ſi poſſedit rem, conſulitur ei de
ſumptibus per doli exceptionem, utendo retentione, non au-
xilio actionis, ff. de dol. exce. Paulus reprobata ſententia M. dicẽ
tis, ſibi dari actionem negotiorum geſtorũ, per l. fi. ff. de ne. geſt.
c quia illa lex aliter intelligitur [c]. Sic ergo bonæ fidei poſſeſſori cõ
d ſulitur per retentionem, ſeu per doli exceptionẽ, ut dixi [d]. quod
uerum eſt, ubi tot fructus percepit, qui ualeant, quantum aſcen-
dunt ſumptus in re facti: quo caſu fructus computantur cũ ſum
ptibus, ff. de rei uend. ſumptus. ext. de reb. eccl. non alie. ad noſtrã.
& de pig. cum conſtet. ſic & alibi bonę fidei poſſeſſor non lucra
tur fructus in caſu, qui habetur ff. de rei uen. emptori. Sed & M.
induxit pro ſe ff. ſi pars hæred. pet. l. fi. & ff. de pet. hæred. hèredi-
tas etiam. §. 1. & C. de rei uen. l. 2. & l. damnum. Sed contra eum,
& pro hac ſententia, quæ *communis* eſt fere omnium. facit ff. de.
act. em. idemque Iulianus agitaſſe. & ff. de petit. hæred. plane. ff.
4 de rei uend. ſumptus. ¶ † Si autem ſemper fuit malę fidei poſſeſ-
ſor, hoc caſu de nouo ędificando in area aliena, non ſubuenitur
ei ſuper ſumptibus, nec iure actionis, nec officio iudicis, nec ope.
exceptionis: quia ædificando donare uidetur, Inſti. de re. diuiſ. §.
cum in ſuo ſolo. & quia ſibi neminem uoluit obligare, ff. comm.
diui. in hoc iudicium. M. tamen & Alb. hoc caſu dabant malæ fi-
dei poſſeſſori actionem negotiorum geſtorum, per l. ff. de neg.
e geſt. ſi pupilli. §. & ſi quis. & l. fi. [e] C. e. [f] l. 2. & l. domum. Sed præ-
f dictus §. ſi quis. loquitur, quando geſſit negotium ipſo geſtu, &
nomine alieno. Nec obſtat C. de pet. hære. l. ii. qa ibi loquitur, qñ
5 ex aliena materia ędificauit. ¶ † Porro ſi ab initio fuit bonæ fidei,
ſed non durauit, eligitur quędam uia media, ut pro ſumptibus fa
ctis, dum erat bonę fidei, habeat retentionem. Ex quo uero ma-
læ fidei factus eſt, conceditur abraſio abſque læſione prioris ſta-
6 tus, ut C. de rei uen. domum. ¶ † Viſo, quid iuris ſit de ſumptibus
factis in faciendo de nouo, dicendum reſtat, quid iuris ſit de fa-
ctis in reficiendo. Et tunc aut erat, bonæ fidei: & ſic expenſas ne-
ceſſarias & utiles ſibi reſeruat, per doli exceptionem, utendo re-
tentione: uoluptarias uero poteſt abradere, ſeu tollere, & expor
tare ſine læſione prioris ſtatus, ff. de rei uen. ſi autem. §. in re. C. e.
ſi quis. & l. ſi in area. Inſt. de rerum diuiſ. §. certe. Si enim domin⁹
rei ſibi uellet dare tantum, quantum ualerent, ſi abraſæ forent,
non habet abraſio locum, ff. de rei ven. in fundo. & l. niſi. ad idem
ff. de pi. actio. ſi ſeruos. ff. de noxal. ſi ſeruus deportatus. §. 1. ff. de
impenſ. in reb. dot. fac. pro uoluptariis. & l. ſeq. Si autem ſit ma-
læ fidei poſſeſſor, ſi quidẽ fecit utiles, pmittit abradere ſine lęſio
ne prioris ſtatus, niſi dñs tantũ uellet ſibi dare, quãtum ualere poſ
ſent eis abraſis: ſi neceſſarias, ſibi ꝯſeru[illegible] [illegible] judicis per reten
tionem: uoluptarias uero nullo mo[illegible] [illegible]eſt. nam pro
g eis nõ habet aliquod auxilium, ut in præ. l. C. de rei uen. domũ [g].
7 ¶ † Ex præmiſſis igitur patet, quod quandoque ſubuenitur poſ-
ſeſſori pro impenſis per A. hoc eſt per abraſionem, ut ſ. uer. por
ro. & uer. uiſo uel ſecundum M. per actionem. ut ſ. uer. in primo
quandoque per E, hoc eſt, per exceptionem doli, ut ſ. uer. ſi quis
ergo. & uerſ uiſo. quandoque per O, hoc eſt, iudicis officio, ut ſ.
prox. Et hæc etiam uera ſunt in rei uendicatione: in petitione hæ-
reditatis autem, ſi eſt bonæ fidei poſſeſſor, ſeruat omnes impen-
ſas, ſiue ſint neceſſariæ, ſiue utiles, ſiue uoluptariæ. ff. de pet. hęre
dit. plane. & l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. quia non tenetur niſi in
eo, quo factus eſt locupletior: ſi malæ fidei, utiles & neceſſarias
ſeruat re exiſtente, ſeu meliori facta, in qua factæ ſunt: & hoc iu-
dicis officio: uoluptarias per abraſionem, ut in prę. l. plane. nec
diſtinguitur hic ſecundum quoſdam, an ſit impenſum in re fa-
cta, uel facienda. Et ſecundum hoc intellige, quod plene no. Inſt.
de re. diuiſ § certe illud. & ff. de rei uen. in fundo. Et de hac ma-
teria no. Roſr. plene in ſuo libello, in ti. ũe offi. iud. quo retinen-
h tur impenſæ [h]. Præmiſſa quoque locum habent in expenſis pro
prio nomine factis: ſi alieno tunc locum habet ti. de neg. geſt.
8 ¶ † Et nota [i], quod expenſę, quę fiunt extra iudicium, peti de-
i bent nominatim in libello, ſecundum premiſſa, niſi is, qui eas fa-
cit, beneficio retentionis ſibi ualeat prouidere, ff. commo.
in rebus. §. poſſunt. ff. de pignor. act. ſi neceſſarias. Sed quia in
pleriſque locis taxatum eſt, quantum debet iudex habere pro
libra: quę conſuetudo approbatur a iure, ut ſupra, de ſa-
lar. § 1. prope fin. verſicul. in pręmiſſis tamen. idcirco. ne iudex
ſtatim illud exigat, conſuluit domin. meus, quod ſic ſubiicias
in fine libelli:

FORMA. Item peto expenſas hac occaſione factas & facien-
das proteſtor, quas ſuo loco & tempore ęſtimabo. & ſicut ius
k popoſcerit, cõprobabo. niſi forte iudex inuenerit ipſũ [k] cãm ha
bere probabilẽ litigãdi. Vel ne ipſum inſtruas, dic: peto expenſas
ſi iudici condẽnatio videbitur facienda, in aut. de iud. § oportet.
Col. 6. Et ſi obiiciatur de pręmiſſa conditione, quę uidetur incer
titudinem continere: reſpo. non eſt verum in hoc caſu, ſecundũ
l eũ. vt no. in Summa de dol. & ꝯt. § qua pœna. ſub §. punit [l]. ¶ † De
9 expenſis aũt in cauſis electionũ factis tractat ext. de elect. vt pręteritę

ADDITIONES.

a Voluptariæ. Proſequitur verba Azo. in Summa, vt dixi ſuper rubrica.
b Cõſuluit. ¶ Incipit hic quæſtio, cum ex maleficio vnius ex fratribus haben
tibus domum communem, pars eius venit deſtruenda, quid fieri nõ poteſt
ſine periculo aliarum partium, niſi fiat aliquod ędificium, cuius expenſis id
fieri debeat. Pro fratribus allegat, ex facto nocentis innocentẽ puniri nõ de
bere, C. de his, qui latr. occ. l. vl. ff. de pœ. abſentẽ. & l. crimẽ. C. de inoff. teſt.
ſi qs in ſuo. §. j. ff. ſi quis ali. teſt. phib. l. i. C. de pœ. ſancimus. ff. de naut. fœn.
cum proponas. ad idem C. ne vxor pro mari. l. 2. ff. ſol. mat. ſi maritus. Itẽ
ſi pluribus nunciatum eſt nouum opus, & vnus, ſolus contrafacit, ille ſolus
tenetur, ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. ſi plurium. Pro domino, vel com-
muni, ꝙ non teneatur ad illas expenſas, faciunt eadem iura. Item non de-
bet officium publicum iuſtitiæ illis eſſe damnoſum, ff. ex quib. cau. maio. l.
videlicet. item facit ff. de aqua plu. arcen. ſed interdum. C. de pœ. ſi operis.
de ſent. exc. vt famæ. ff. de fideiuſ. ſi a reo. Bene facit pro domino, vel com-
muni, ff. commu. diuid. ſi is, cum quo. & ff. loca. ſi merces. §. fin. Vber. dicit,
communibus expenſis illud ædificium fieri debere. inducit l. ii. C. qui. ex
cau. ſer. pro præmio lib. accip. vbi ſeruo accuſanti aliquem de adulterina
moneta debetur libertas: dominus tamen illius pretium habet de publico
ad idem ff. ne quid in loc. pub. l. 2. vbi via publica reficitur a communi.
c Intelligitur. ¶ Vt j. dicetur.
d Dixi. ¶ An autem damnatus, vt reſtituat, qui non excipit de ſumptibus,
tempore executionis id poſſit, ſ. de exce. §. dicto. ver. ſed pone, ædificantur
& de ſen. exc. §. vl. ver. quid ſi boua.
e L. fi. ¶ Vide, quod utrobique notatur.
ADDE, quando de fructibus expenſæ ſint deducendæ, Pau. de Ca. conſ. 53.
per Bal. con. cxc. j. lib.
f C. e. ¶ De rei uen. ſic alleg. ſ.
g Domum. ¶ Secundum Roſ. qui ibi j. uer. quid dicemus. ponit duas ratio
nes eorum, qui tenent contra, ſ. de voluntariis: idem, quod prædictum eſt
de bonæ fidei, idem habere in poſſeſſore malæ fidei. dãt enim ſimile ff. quod
me. cau. ſine exceptione. §. in hac. & §. ſeq. & de l. in rem. §. pe. ff. de rei vend.
reſponſionem ad hoc vide.
h Impenſæ. ¶ In rei vend. vel pet. hæred. & ibi præcedit rubrica de offic. iu
quo petuntur fructus in eiſdem. Et ſcias, ꝙ Roſr. ipſe in iſta materia non
formauit libellos, ſe excuſans in fine, quia hic nulla accuſatio competit, nec
iudicis officium, quod intento loco eius, ſed ſubuenitur exceptionis & re-
tentionis beneficio, ſi poſſident: alias omni carent beneficio, licet Goſiani
ex ſua æquitate dent etiam poſſeſſori malæ fidei vtilem negotiorum geſto-
rum, in quantum res melior facta eſſet, vt ſ. quod ipſe reprobat.
ADDE, quomodo quis conſequatur expenſas melioramentorum, Pau. de
Caſt. conſ. cccxxiiij. & an expenſæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem, poſ-
ſint opponi coram conſultore, vide Bal. conſ. clxxvj. j. lib.
i Et no. ¶ ſecundum Hoſt. vt ſ. in prin.
k Ipſum. ¶ Sc. reum.
l Punitur. ¶ Addit tamen ibi aliam formulam, omiſſa conditione, peto ex-
penſas: in quantum & ſicut iudici videtur condemnatio facienda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a teritæ.&, ſecundum Vinc.eo.tit.cum inter cano.[a] Item de ex-
penſis factis à creditore poſt cuſtodiam rei, in cuius poſſeſſio-
b nem miſſus fueram, no.in lib.Roſ.in tit.ſi cred.in poſ.miſ.[b] & ſu
per hoc formatur libellus, vt not.j̃ de eo,qui mit.in poſ.cau.rei
ſer.§ reſtat.ver.ſi autem miſſus.Item in expenſis procuratorum,
c ext.de.proc.cum pro cauſa.& vide j̃ §.prox.[c] ver.ex his.& §.ſeq.
ue.hoc quoque.In quibus aũt cauſis ſumptus miniſtrandi, ſeu
10 aliqui alendi ſint, vide j̃.qui fil.ſint legit ¶† Quid ſi iudex, ſiue
ſuperior, aliquo denunciante, uel etiam proſequente ex offi-
cio ſuo, in aliquo negotio procedit contra aliquem, demum il-
le condemnatur ad reſtitutionem.velemendationem rei,de qua
agitur, nunquid cogetur etiam reſtituere expenſas proſequen-
ti,ſiue denuncianti? Et uidetur, quod non: quia uictus uictori
condemnari debet. At iſte nec egit, nec uicit, ut j̃. §.nunc de ex-
penſis uer.) Contrarium credo uerius,ut de dol. & cont. c. cum
d dilecti.;ad fi.[d] & de acc. olim. ſic enim iudex ex officio ſuo con-
demnat in principali,ſicut etiam eodem officio denunciãti,ſiue
proſequenti reſtitui faciat expenſas ſi illius interſit denunciare.
ſeu proſequi,ut j̃.prox. in prin. Et ſic obſeruauimus in quæſtio-
ne,quæ coram nobis agitabatur inter commune ciuitatis Mu-
tinæ ex parte vna, & monaſterium Nouantulanum ex altera.

ADDITIONES.

a Inter cano. ¶ De his vide eo.tit.c.cupientes. libr.vj. in vlt.gl.cuius finem declarando hic inſtare diſpono.Sed præmitto,quod in decr.cum inter canonicos:vnicum uerbum de his expenſis poſuit Vincen. quod ibi ſcripſi ſuper j.gl.in dec.autem,ut præteritæ.multa proſecutus eſt,de quibus. dixi in ſuperiori rub.& de aliis in proceſſu,remittendo ſubmittam ad primum finem gl.præ.vl.in dec.cupientes.peroptime procedit in regulari electo ad prælaturam proprii monaſterii,ſed de electo ad aliam prælaturã,& ut fortior ſit quæſtio,dicamus illum ordinis Mendicantium in concordia electũ ita ꝙ ſatisfactum eſt decr.quorundam.de elect.lib.6.& hic eſt præmittendum, quod in epiſcopum potuit eligi. Sed ſi electus eſſet in abbatem, vel prælatum monaſterii alterius religionis,non ualeret electio.Dicamus ergo eum tunc poſtulatum à papa.hęc omnia patent in cle de elec.c.j.in text.& gl.Et quomodo legatus talem poſtulationem admittere non poſſet,dixi s̃. de leg.in tract.diſpen.§.conſequenter.poſt princ. Quod autem eccleſia eligens,uel monaſterium poſtulans teneatur ad expenſas,facit præ.decret. ut præteritę Item facit,quod de inſtructore & teſte dicitur, de electio. cum non deceat.de reſcri.ſtatutum.in fi.lib.6.bene facit l j.§.j.ff.ſi vſuſf pet. Vſusfructus enim legatus eget adminiculis,ſine quibus quis uti frui non poſſet:ſ.via,vel itinere:ſic iſte eget itinere,id eſt expẽſis itineris, licet grauius quia ſi eccleſia erat exempta: vel monaſterium etiam non exemptum, ad papam etiam recurri oportet,quod ſimul cum paupertate electi,uel poſtulati,ignorare non poterunt.facit ff.de iu licet.l.ſed & ſi ſuſcepit.§.j.& 2. & §.eq tii quem ibi allegat gl.in l.plenum.ff.de uſu.& habit. Item legata alicui militia,legatæ uidentur expenſæ neceſſariæ ad ingreſſum militiæ, ff. de lega.3.l.pen.§.fi. Fortius igitur in eccleſiaſtica militia erit idem.bene facit de cleri.ægr.c 1.Item ſi aduerſario quis contra ſe miniſtrare tenetur expenſas ex cauſa inopiæ,de acc.ex parte.cum legibus allegatis ibi in vlt.gl. Fortius ergo ex eadem cauſa inopiæ ad proſecutionem ſui operis & vtilitatem eccleſiæ,& in propoſito illas miniſtrare tenebitur.Et ſi dicatur,ꝙ dubius ſit euentus,ſufficiat cle.ut lit.pend.ſi duobus.§.ſi uero alter.& ibi concor.uel dicatur,ꝙ eligentibus donare non licet,de don.c.ii.de his, quæ fi.à præla.capit.j.Reſpndetur ad primum,ff.ad Carbon.l ſed & ſi, §.an autem & de uentre in poſ.mit.l.j.poſt prin.& §.mulier.l.extraneo.per quæ patet, nedum filio nato,ſed etiam naſcituro,& de quo lis eſt,an ſit filius, & ventri propter partum naſciturum propter inopiam miniſtrantur expenſę. euentu dubio non obſtante.Conſtat autem,ꝙ ęque filius inopi patri,ſicut pater inopi filio,tenetur ad expenſas,ff.de lib.agnoſc.in rubrica, & l. ſi quis à liberis in prin.Et ex hoc concluditur: ꝙ ſicut inopi filio naſcituro propter inopiam,non obſtante dubio euentu,miniſtrantur expenſę,ut ſupra, ſic & patri ſpirituali futuro,non obſtante dubio euentu.miniſtrandę ſunt expenſæ,maxime cum illi dubio dederint principium hi,qui dubium allegant euentum. Ad ſecundum reſpondetur, quod iſtud non eſt donare, ſed rem neceſſariam agere.bene facit ff. de donat.inter uir.& vx.ſi quis pro vxore. cuius caſum uide in ſufficienti decre.relatum.de præb.ſuper ultima gl.Sic non eſt donatio, cum uir parat vxori expenſas itineris ad locum, quo illã uocauit,ff.de pactis dota.l.inter ſocerum §. conuenit. facit in genere ff. de adimen.leg.l.rem legatam.in fi.extra de don.per tuas. De facto tamen experimur,quod conſanguinei,amici,& deuoti ipſorum in expenſis prouident,quia reſtituunt, ſed negotium proſperatur. Experimur etiam, quod væ illis qui per conſanguineorum pecunias ſunt promoti. Idem de illis, qui promoti ſunt per nobiles,vel potentes,& uide quod dicam ſuper.rubrica de rebus eccle.non alie.

ADDE uidenda verba formalia præſcri.add. per Old.conſi.27.inc.thema tale: vacante quodam monaſterio. Et an pecunia expenſa pro præſentatione electi dicatur verſa in utilitatem eccleſiæ?& quomodo probetur expenſa hoc caſu, uide Fede.conſ.119.Et quando plures prælati electi litigant inter ſe,an debeant fieri expenſæ de bonis eccleſiæ, uel ſuis:& cuius expenſis litigatur,cũm quis impetrat prælaturam à papa:& quid ſi expenſę ſunt principaliter in fauorem litigantis, ſecundario eccleſiæ, an eccleſia debeat pati expenſas? vide de omnibus prædictis Angelum.conſilio. cxliiii.

ADDE tu ad materiam additionis Io.And.do.Car.in conſ.v.& in conſ.6. in quibus notabiliter hoc tractat.

b Miſ. ¶ Rubrica eſt de actione in factum, quæ datur creditori miſſo in poſſeſſionem ad recuperandos ſumptus,quos fecit in re ſine dolo,& eſt in ordine inter edicta.

c §.proxim. ¶ Proximus eſt iuxta promiſſiones: facit ad id, quod ibi dicam.

d Ad finem. ¶ Vbi de hoc in vltima glo.Et vide, quod ſuper ea dixi de inquirente ex officio, an illo abſoluto teneatur illi ad expenſas? & de hoc etiam Cy.C.de iudi.ſancimus.in v.q.

¶ De expenſis, quæ fiunt in iudicio.

a 2.§. Iuxta [a] promiſſionis ſeriem uidendum occurrit de expenſis, quæ fiunt in iudicio.circa quod notandum eſt, quod expenſæ aliæ fiunt ante litis conteſtationem: aliæ poſt litis conteſtationem: aliæ in cauſis appellationis: de quibus ſingulatim diſſeremus. Vltimo dicemus, qualiter,& quando ſit expenſarum condemnatio facienda.

ADDITIO.

a Iuxta. ¶ Eſt hic ſciendum,quod id, quod ſequitur vſque ad §. nunc de expenſis.totum alle.ſub iſto §.iuxta.quod maxime patet in dec.finem.de do. & cont. ſed auctor allegat §. ſi ante litem : pro me facit s̃.§. proximo,ad finem,ibi:& uide.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio ſuo pronunciare habet in expenſis, ſicut & in conſequentiis ipſius cauſæ*
2 *Expenſæ an peti poſſint iudicis officio ob contumaciam euidentem.*
3 *In iudicijs bonæ ſidei veniunt ſumptus, & fructus, & intereſſe, iudicis officio.*
4 *Deficiens in probatione dilatoriæ exceptionis ante litis conteſtationem propoſitæ, an debeat in expenſis condemnari.*
5 *Expenſæ propter contumaciam partis alterius ante litis conteſtationem, vel poſt vſque ad ſententiam indiſtincte ſunt præſtandæ.*
6 *Expenſę ob contumaciam quando ſint præſtandæ.*
7 *Cauſa tali exiſtente, quod lite non conteſtata poſſit ſuper principali non obſtante rei abundantia procedi an, poſt terminum veniens audietur,*
8 *Terminis tribus in vna citatione inſertis, an in primo. vel ſecundo non veniens condemnandus veniat in expenſis.*
9 *Condemnatio in expenſis quibus caſibus etiam ante litis conteſtationem fieri dicatur.*
10 *Impetrans inique à quo puniri debeat.*
11 *Citatus contumaciter ſe abſentans, venit condemnandus.*
12 *Petitorio ſuſpenſo, ſi quis recurſum habeat ad poſſeſſorium, an poſſit, aut debeat aduerſario in expenſis condemnari.*
13 *Expenſæ in iudicio factæ ante litis conteſtationem, qualiter peti poſſint.*
14 *Expenſis ratione contumaciæ factis, debet iudex prius condemnare quam procedere.*
15 *Citatione facta, ſi nec reus, nec iudex veniat, an debeat reus condemnare.*

¶ De expenſis, quæ fiunt ante litis conteſtationem.

3.§. Si ante litis conteſtationem expenſę petuntur:dicunt quidam, quod peti poſſunt iudicis officio. nam ex-
1 penſę ſunt ſequela principalis actionis ¶ Vnde † ſicut iudex
ex officio ſuo pronunciat in conſequentiis ipſius cauſæ, eodem modo & in expenſis, argum. ff. de re iudi. Paulus.ff.de fur. eum qui emit.§. item ſi iumenta. extra. de officio. delegat. prudentiam. in fine. Nam ſicut officium deſeruit ante litis conteſtationẽ in citationibus & interrogationibus & aliis, ut ſupra de officio.iud.dele.§ deſeruit.ita & in expenſis, extra de officio iudic. capitul. ij. Præterea iudex citatum ante litis conteſtationem, ſi non comparuit, punire poteſt officio ſuo, ff. ſi quis in ius voc.non ier. lege.ii.§.1.& ff.ſi quis ius dicend. non obtem.l. vnica,§.1.Pari ergo ratione puniet in expenſis etiam delegatus, ut j̃.§.fi.verſi porro.nam non prius pandi debet ei iudiciorum aditus quouſque reſarcitę fuerint expenſæ,C.de iud.ſancimus,
a quę loquitur indiſtincte ante litis conteſtationem, & poſt [a].
2 ¶ † Ex his motus dico, ꝙ ob contumaciam euidentem poſſunt
ante litis conteſtationem peti expenſę iudicis officio : alias non ut probatur ext.de reſ.cæterum.& de proc.audit.& c.cõſtitutis. in quib.condemnatur abſens ante litis ↄteſtationem in expenſis,
b & de do.& cont.cum dilecti.in fi.T.vero & Vinc.Ioan.& Ber.[b] & alii

ADDITIONES.

a Poſt. ¶ Vide,quod facam j̃.§.vlt.ſuper ver.hoc quoque.
b Et Ber. ¶ in dec,Gnnetn.pror fi.gl.magnæ,

da Pars.

&alii indiſtincte dicunt, quod iure actionis ſunt petendæ in li-
bello nominatim, argu. ff. de iudic. non poteſt videri. ff. commu.
diui. vt fundus. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item ſciendum. & l. itē
a ſi ſerui. ff. de iudi. de qua re [a] Sed hoc poteſt habere locum, vbi
contumacia non eſt euidens, ſed præſumpta, de qua refert contu
max queſtionem quo caſu audiēdus eſt, extra de re iu. c. cum Ber
tholdus. extra de eo, qui mit. in poſſ cauſa rei ſer. cū veniſſent. ſe-
cundum P. Nec obſtat ad præmiſſa §. item ſciendum. nec etiam
l. item ſi ſerui. vbi dicitur, quod quæ ante litem conteſtatam ac-
cidunt, non petuntur iudicis officio, ſed nominatim libello. Il-
lud enim verum eſt de his, quę contingunt extra iudicium, & tā-
quam principalia per ſe exiſtentia, & in fructibus rei petitę: vt ſi
vacca petatur, vel vitulus ante litis conteſtationem naſcatur, &
eſt quid per ſe, ſicut vacca. Secus ergo eſt in expenſis, quæ con-
tingunt ob contumaciam partis in iudicio. Item illud locum ha-
bet in expenſis ante litis conteſtationem occaſione rei factis: ut
nominatim petantur in libello, vt ibi: & hoc in iudiciis ſtricti iu-
3 ris. ¶ † Nam in iudiciis bonæ fidei veniunt ſumptus, & fructus &
intereſſe, iudicis officio, vt ff. de dol. & eleganter. §. non ſolum,
de eo, quod cer lo in bonæ fidei. & l. ſi heres. & l. ſeq. & C. de act.
emp & ven. l. 2 & 3 quæ dic, vt in fine huius §. ver. in ſumma. Ex-
penſæ quoque factæ circa rem, poſt litem conteſtatam veniunt
officio iudicis, vt j. §. proxim. ad fin. ver. hoc quoque. Vtrum au
tem expenſæ extraiudiciales in libello petantur, dixi ſupra.
b §. prox. [b] ad fi. ver. & nota. ¶ † Sed nunquid deficiens in probatio
ne dilatoriæ exceptionis ante litis conteſtationem propoſitæ,
4 debet in expenſis condemnari, ſicut & proponens peremptο-
riam poſt litem conteſtatam & deficiens: ut extra de do. & con-
tuma. finem. & j. §. proxi. ver. in hoc reſpon. Dicunt Vincent. &
Accur. & Papa, quod ſic, indiſtincte, arg. extra de reſcr. c. ſi. & de
dol & contum. ex literis. extra de reſtit ſpo. frequens. de excep.
c pia. [c] & c. paſtoralis: ibi, per dilatorias exceptiones malitioſe non
nunquā, & ſic curia ſeruat. B. dicit, quod ſi calumnioſe dilatoria
exceptio ante litis conteſtationem proponitur, & de hoc con-
ſtat euidenter, tunc debet deficiens in probando in expenſis
condemnari, extra de excep. exceptionem. & in præd concord.
Secus ſi de malitia non conſtet: & maxime ſi ſit iuratum de mali
tia. arg. hoc in pręd. c. finem. ibi, poſtquam altera pars intentio-
nem ſuam fundāuerit, & c. Ergo ante litis conteſtationem non
videtur pars excipiens condemnanda, cum habeat a iure, quod
poſſit excipere, extra de excep paſtoralis. ff. de re iudic. l. 4. §. ſi
quis condemnatus. maxime, vbi veriſimilis cauſa excipiēdi ſub-
d eſt. de hoc [d] s̄. de excep. § ij. ver. ſed nunquid reus. ¶ † Hoc autē
5 certum eſt, quod expenſę, quę fiunt propter contumaciā partis
alterius, ante litem conteſtatam, vel poſt, vſque ad ſententiam,
indiſtincte pręſtantur, qualemcunque cauſam litigandi habue-
rit is, cui pręſtantur, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, ext. de dol & con-
tum. cum dilecti & de ſequeſt. poſſ. c. 1. vt lit. non conteſt quo-
niam §. in aliis. ext. de teſtam ſignificauerunt. de appel. ſępe 3. q. 3.
§. ſpatium. in fi. C. de iudi. properandum. § & ſi quidem. C. quo-
6 modo & quando iud. auth. qui ſemel. ¶ † Sed quæritur, quando
pręſtandę ſunt expenſę ob contumaciam? Reſpon. ſtatim prius
quam audiatur, vt in prędicto §. in aliis & in prędic. l. ſancimus.
Vnde ſi reus non veniat in prima, vel in ſecunda citatione, con-
demnabitur in expenſis poſt tertiam citationem, tam pro pri-
ma, quam pro ſecunda contumacia, arg. C. de iud. ſancimus quę
loquitur indiſtincte, non ſpecialiter in peremptoria. ad idem ff.
de re iudi. contumacia. extra. de do. & contum. ex literis. extra de
procur. querelam. vbi de hoc. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. ii. §. j.
& ff. ſi quis ius dic. non obtemp. l. vnica. §. 1. Et hoc, ſi in tertia
compareat: alioquin contra eum procedetur, vt in prędicto §. in
aliis, & §. ſi quod ſi etiam in ſecunda venerit, punietur per pri-
mam. Et eadem dico etiam maxime in actore, ff. de iudic. eum
e quem. extr. de dol. & contu. actor [e]. Nam rei & actoris ęqua de-
bet eſſe conditio, ff. de reg iur. non debet & j. ad fi. huius. §. Alii
dicunt, quod reus non veniens in prima, vel ſecunda citatione,
non debet in expenſis condemnari: quia non dicitur adhuc con-
tumax, niſi poſt peremptorium tantum, xxiiii. quæ. iii. de illici-
ta. & 74. diſt. honoratus. prope fin. vbi de hoc, & extra, de do. &
contum. cum dilecti in fi. & de ſequeſt poſſ cap. 1. in fin vbi con
demnatur quis in expenſis factis à tempore peremptoriæ cita-
tionis, licet pluries ibi citatus fuiſſet: poteſt tamen agi contra cō
tumacem ex illo edicto ſi quis ius di. non obt. vt ff. ſi quis ius dic
non obt l. vnica. de hoc ext. de prob. quoniam contra. in gl. quæ
incipit, continere. & c. & vide s̄. de contu §. nunc dicamus. ver. ſed
f nunquid [f]. ¶ † Quid ſi talis cauſa ſit, in qua lite non conteſtata,
7 poteſt ſuper principali non ob rei abſentiam procedi: quod fit
in pleriſque caſibus, vt s̄. de teſti. §. nunc tractemus. nunquid poſt
terminum veniens audietur non refuſis aduerſario expenſis? Vi
detur quod ſic: quia non intereſt actoris eum veniſſe, cum eo ab
ſente potuerit in cauſa procedi. Dici tamen poteſt, ꝙ refert, v-
trum ille citatus fuerit ab homine, vel à iure. Si ab homine, tunc
licet non debeat aduerſario expenſas reficere propter rationem
pręmiſſam, vt dicunt quidam, tamen quia iudicem contempſit
non veniendo, eius arbitrio condemnabitur, argumen. ff. ſi quis
ius dicen. non obtemp. lege: vnica. ff. ſi quis in ius voc. non ier.
l. ii. extra. de clandeſtin. deſpon. capitu. fin. §. fin. cum ſuis con-
cor. extr. de ma. contra interdict. eccleſ. contract. c. 1. Alii dicunt,
quod etiam parti reſtituere debet ſumptus: nec prius pandi de-
bet ei aditus iudiciorum, arg. C. de iud. ſancimus. quę loquitur in
diſtincte. intereſt enim partis: quia forte ſi veniſſet, ſic lis finem
habuiſſet. Si autem citatus fuerit à iure, puta in caſu illius conſt.
g extra de electio. ſtatuimus [g] tunc nec puniendus eſt à iudice, nec
h cogendus eſt ſumptus aduerſario reficere [h]. Cum enim teneant
quę contra eum acta ſunt, eſt admittendus ſolum in eo ſtatu, in
quo cauſam inuenit, vt not. s̄. de appel. §. qualiter. verſ. ſed pone
quod. & ſeq. non eſt duplici pœna afficiendus vt extr. de iudi. at
ſi clerici. in fi. quia mitius agitur cum lege, quam cum miniſtro
8 legis, vt ff. de arbi l. Celſus. ¶ † Sed quid ſi tres termini in vna cita
tione inſerantur, nunquid fit condemnatio in exppenſis, ſi non
veniat in primo vel in ſecundo? dic, vt s̄. de cit. § viſo. verſi. ſed
quid ſi. Nec eſt omittendum, quod licet iudex ab initio non con
demnet contumacem ad expenſas, tamen poſt litem conteſtatā,
& ſemper vſque ad ſententiam, & etiam in ſententia poterit con
demnare, & ſi ſententiam ferat pro contumace, tunc non tantū
tempore ſententiæ, ſed etiam ante. Nam cum iudicis officium
ſemper duret à prima citatione vſque ad finem litis, merito, ſem
per & ante litis conteſtationem, & poſt poterit condemnare. I-
mo etiam videtur, ꝙ ſi ante litis conteſtationem pronūciauerit
procuratorē nō obſtante exceptione militię admittendū, vel nō
obſtante ſpoliationis, vel excommunicationis exceptione, in
cauſa procedendum eſſe, non dicens de expenſis, adhuc lite pen
dente, vel in fine litis in eis poterit condemnari: nec, vt dicunt
quidam, his caſibus poterit appellare à condemnatione huiuſ
modi, cum decem dies effluxerint à die primæ ſententiæ: & hæc
ſententia expenſarum ſit executio ſententiæ prioris, ff. quod
met. cauſa, ſi cum. § aliquando. ff. de dol. arbitrio. niſi excede-
ret in taxatione expenſarū: vel niſi opponens exceptionē excu-
ſari poſſit, ꝙ eam probabiliter propoſuerit, licet ſuccubuerit,
ff. de leg. ii. qui ſolidum § ii & 2. q. 3. Paulum. ext. de elect. ſtatui-
i mus. §. 1. [i] & j. §. nunc videndum. verſi. dic ergo. Quando autem
principalis perſona debet expenſas ſoluere, & quando procura
9 tor de burſa ſua, no. s̄. de ſent. exe §. ſequitur. ¶ † Sunt autem mul
ti caſus in iure expreſſi, in quibus ante litis conteſtationem fit
condemnatio in expenſis. ¶ Primo, ſi quis aduerſarium malitio-
ſe laborare cogit per literas dolo, vel fraude cōtra eundem impe
tratas, extra. de reſcript. cæterum. & ca. quia nonnulli. ¶ Secun-
do, cum paſſus miſſionem vult rem recuperare, & in cauſa pro-
cedere. debet enim prius ſatisfacere de expenſis, extra. vt lit.
non conteſt. quoniam § in aliis. & de ſequeſt. capit. 1. ¶ Ter-
tio opponens crimen & non probans, vt quis ab obtinendo
beneficio repellatur. extra, de accuſat. accedens. ¶ Quarto, is,
qui opponit in forma electionis, vel poſtulationis, vel proui
ſionis aliquid, & non probat, extra, de election. ſtatuimus
k §. adiicimus [k]. ſed illud etiam poſt litis conteſtationem. ¶ Quin-
to, ſi appellans appellationem ſufficienter non proſequa-
tur ap

ADDITIONES.

a Quare. ¶ Idem Guido de Suza. in l. properandum. C. de iudic. quie tiam ibi tenet, quod petentur condictione ex ipſa lege, ff. de cond. ex lege, l. vna. niſi eſſent promiſſæ per ſtipulationem. nam tunc agetur ex ſtipulatu. & ſubdit, quod non credit iudicem peccare, ſi condemnat in expenſis litis factis ante litis conteſtationem, etiam ſi non fuerint petitæ, per §. ſi autem alteruter. vbi hoc notatur. pro quo facit, quod dictum eſt ſupra.
ADDE, quod Pau. de Caſt. conſ. 377. dicit, quod ſi ſunt promiſſæ, petuntur iure actionis, alias officio iudicis.

b §. proxi. ¶ Ergo non eſt medius ad primum.

c Pia. ¶ lib. 6.

d De hoc. ¶ Et vide, quod ibi ſcripſi ſuper gloſſ. ſi enim. & s̄. de cita. §. viſo. ver. ſed quid ſi tres. qui allegantur.

e Actor. ¶ lib. 6.

f Nunquid. ¶ Et j. §. ult. uer. hoc quoque.

g Statuimus. ¶ Libro. 6. ibi not. de hoc gloſſ. hanc pœnam. & uide quod ſuper ea dixi, & de dol. & contumac. finem. ſuper gloſſ. ſed nunquid. poſt princip.

h Reficere. ¶ Statim: reficiet autem illos in fine litis, ſi fuerit uictus non obſt. quod infra, dicitur de duplici pœna quia condemnatio reſpectu recipientis non eſt pœna, ſed intereſſe, ut ſcripſi de reſcript. capit. ult. in fin.

i §. j. ¶ Lib. 6.

k Adiicimus. ¶ Lib. 6.

tur appellato proſequente,extr.de reſcript.ex parte.de renunc.
ueniens.de appellat. repræhenſibilis. & tenetur tunc quis ad ex-
penſas à tempore appellationis factas e.titu.Nicolao, uel ſi an-
te terminum impetrat literas tacita ueritate.eod.titu.ſæpe.uel ſi
ſuper appellatione iniuſta impetrat,eo. tit. ut debitus honor.
¶Sexto,is,qui iniuſte appellauit,remittitur condemnatus in ex-
penſis ad priorem iudicem.extra de appel.ut debitus. in fi. & de
eo,qui mit.in poſ. cau.rei ſer.cum ueniſſent.de teſta.ſignificauit
¶Septimo,is,qui appellat contra formam illius conſtitutionis,
c.ordi.de app.:uel facit in aliquo contra eam,tunc remittitur ad
primum iudicem in expenſis condemnandus,ut in ea. conſti.§.
a quod ſi.[a] Hoc enim caſu reputatur non appellans,ut ibi:& ideo
iudex appellationis,tanquam iuriſdictione carens,non condem
nat,ſed remittit ad priorem iudicem,ut ille condemnet,j.uerſic.
ſed quis tunc.in pręc.uero caſu appellans ex probabili cauſa repu
tatur appellans,quãuis ex poſt facto cauſa falſa appareat:& ideo
ibi iudex appellationis condemnat.Quidam tamen exponunt in
c.cordi.condemnandus,id eſt,condemnatus,ut concordet cum
b illa,ut debitus Sed prius dictum uerius eſt[b].¶Octauo, ſi appel-
lans petit remitti ad eum,à quo appellauit: quod poteſt, ut ext.
e.interpoſita §.ille.¶Nono,in certis caſib. poſitis extr.de reſcri.
10 c.ſi.in quibus inique impetrans punitur.†Sed quis tunc impetrã
tem puniet:non enim uidetur , quod is qui impetratus eſt , cum
non habeat iuriſdictionem per tales literas,s̃.uer.7.& argum.ad
hoc extr.de do.& cont.ex literis.ubi primi iudices condemnant,
& non ſecundi:ideoque ordinarius id faciet.Ber.contra:dicit e-
c nim[c],quod impetratus in hoc habet iuriſdictionem, ut cogno-
ſcat de ueritate precum,& pœnam expenſarum per conſequẽs
imponat,ar.25.q.2.& ſi non cognitio.ext.de reſ.c.ſi.in fi.& c.ſu-
per literis.in fi.& ca.cęterum. ubi ſecundi iudices condemnant,
& de appe.ut debitus.in fin.Idem dicit G.Naz.quia de quare co-
gnoſcit iudex, &c. ext. de cauſa poſ. cum ſuper. quod ſi requiſi-
tus non fecerit,cogetur per ordinarium illud de burſa propria
reſarcire.Nec ob.pręc.c.ex literis.nam ibi exceptio de ſecundis li
teris fuit propoſita coram primis iudicibus:& illi papam conſul-
uerunt.Si autem fuiſſet oppoſita coram ſecundis , illi debuiſſent
condemnare:arg.ad hoc ext.de reſcri.dilectus filius Ioan.;in fin.
Caueat tamen ſibi taliter impetrãs,qualiter procedet.nam ſi pri
mo pronunciat literas non ualere,non poteſt deinceps condem
nare,cum non habeat iuriſdictionem.ext.de iu.at ſi clerici.Cau-
te igitur faciet,ſi prius in expenſis condemnat,& poſtea ſuper li
d teris pronunciet[d].Licet autem alias poſſit in ſumptibus condẽ
nare,non tamen poteſt,ſecundum Vin.mulctare: nec ſententia
excommunicationis per eum lata tenet in ueritate, licet ſeruan-
da ſit,ut not.plene,ſecundum eum,extr.de offi.deleg.ſignifican-
e tibus[e].¶†Decimo condemnatur in expenſis citatus contumaci
ter ſe abſentans,licet non ſit miſſio in poſſeſſionem ſecuta,ut ex
tra.de maio.& obe.c fin.de proc.querelam.C.de iu.ſancimus.&
de dol.& contuma.cum dilecti.nam & pro prima & ſecunda ci-
tatione fit condemnatio.ut præmiſi.¶Vndecimo,reuocans mã
datum procuratoris in contemptum iudicis,& ad partis præiu-
dicium,ext.de procu.c.1.& c.auditis.¶Duodecimo generaliter
reus exceptionem opponens gratia differendæ litis,fundata in-
tentione actoris,punitur in expenſis factis à tempore propoſitæ
exceptionis,ſi deficiat in probãdo,ut extr.de dol.& cont. finem.
ſed hoc locum habet poſt litem conteſtatam. ¶ Decimotertio,
is, qui minus ſufficientẽ procuratorẽ dimittit,uel ꝯſtituit:puta
reus,qui procuratorem conſtituit ad agendum tantum,extr.de
procur.conſtitutis. ¶ Decimoquarto,reus conuentus aſſerens
ſe ſpoliatum,niſi id intra 15.dies probet extr.de reſtit.ſpol.fre-
f quens[f].¶Decimoquinto,opponens exceptionem excommu-
nicationis in quacunque parte litis , & eam intra ſpatium octo
g dierum non probans.ext.de except.pia[g].¶Decimoſexto, excõ-
municans contra formam illius conſtitutionis,de ſen. excomm.
h cũ medicinalis.§.ſuperior[h].vt ibi dr̃.Decimoſeptimo,iniuſte ex
communicans tenetur excommunicato ad intereſſe,eo.titu.ſa-
cro.Decimóoctauo,reum trahens coram diuerſis iudicibus ſu-
per pluribus perſonalibus actionibus.ext.de reſcript.c.ſi.& c.diſ
i pendia[i].¶Decimonono,non ueniens in termino,ad quem cita-
k ri fecit reum,ext.de dol. & contu.actor[k].¶Vigeſimo. generali-
ter quilibet alium in iudicio temere uocans,ff.de iu.eum, quem
temere.¶Vigeſimoprimo,qui cœpto negotio,uel quaſi reſcri-
ptum impetrat,per quod primum minime reuocatur,extra, de
dol.& contuma.ex literis. ¶ Vigeſimoſecundo plus petens re,
uel cauſa.extr.de plus pet.c. unico. ¶ Vigeſimotertio. qui litem
intra duos menſes non conteſtatur,3.q.4.ca. libellum ¶Vigeſi-
moquarto,generaliter ubicunque proceſſus iudicis malitioſe im
peditur,C de fruc.& lit.expen.non ignoret. C.de iud. ſancimus.
¶ Vigeſimoquinto,generaliter ubicunque literæ per exceptio-
nem legitimam reprobantur,extr.de reſcrip.cæterum. ¶Vige-
ſimo ſexto,pars procurans iudicis abſentiam. extra de offici.de
leg.paſtoralis §.fin ¶Vigeſimoſeptimo , appellans,quia quarta
productio teſtium denegatur , & non probans, extra de teſti.ſi-
gnificauerunt. ¶Vigeſimooctauo,generaliter quancunque ex
ceptionem dilatoriã proponens& non probans:quod dic,ut s̃.
eod.§.uer.nunquid. ¶Vigeſimonono, generaliter alium mali-
l tioſe fatigans. extra. de reſcript.diſpendia §.qui uero[l].cum ſuis
ſimilibus. ¶Trigeſimo, emendans libellum male conceptum,
ut not.j.de lib.conce.§. nunc oſtendamus.uerſ.ſed & ſi.His igi-
tur caſibus & ſimilibus in iure expreſſis condemnatur quis ante
litis conteſtationem,& etiam poſt ante ſententiam,in expenſis.
12 ¶†Quid ſi ſuſpenſo petitorio quis recurſum,habet ad poſſeſſo
rium,ut extra.de cau.poſ.& proprie. c.paſtoralis. nunquid con-
demnabitur aduerſario in expeuſis factis in iudicio petitorio?
Videtur,ꝙ ſic,argument.eius,quod iam dixi: quia temere uide-
tur petitorium intentaſſe,ff. de iu.eum, quem temere. extra. de
pœn. calumniam. Dic , quod ſecundum eos , uel illos Legiſtas,
qui dicunt utrunque ſimul intentari non poſſe , nec de uno ad
alium recurſum haberi, niſi prius ex toto renuncietur , bene eſt
condemnandus : ſecundum alios uero,& ſecundum Canoniſtas
ſecundum quos utrunque poteſt ſimul intentari , poſtquam in-
tentata ſunt, alterum ſuſpendi , & illo pendente ad aliud recur-
m ſum haberi, ut s̃. de petit. & poſ.§.1.uerſicul. ut autem[m].non
eſt condemnandus. non enim uidetur temere uocaſſe , nec facit
alicui iniuriam , qui utitur iure ſuo, extra de election. cum
eccleſia Vulterana. & beneficium iuris nemini eſt auferendum
28. diſtinctione. de his. nec iuris beneficium debet eſſe oc-
caſio damni, ut C. de legibus. & conſtitution. quod fauo-
re. Cum ergo ius hoc fieri poſſe concedat , non condemna-
bitur in expenſis , qui de petitorio recurſum habet ad poſſeſ-
ſorium : quia nondum uictus eſt in cauſa. Primo ergo ſuper
poſſeſſorio proceditur,& poſt ſuper proprietate,extra. de teſti.
ſignificauerunt , & ſi ſuccumbat in poſſeſſorio , tunc condem-
n nabitur in expenſis[n]: quia tunc demum apparebit , an teme-
re liti-

## ADDITIONES.

a Quod ſi. ¶ Lib.6.
b Verius eſt. ¶ Vide quod ibi not. in gloſſ. not. dixit. & quod ſuper ea
dixi.
c Enim. ¶ In præ.c.ult.in ult.gl.
d Pronunciet. ¶ Hoc fuit conſilium Pet.de Samp.ut ibi ſcripſi in fi.
e Significantibus.¶ Vt ibi propter ipſius inuolutionẽ omiſſum,hic ſuppleat
ſcire debes,,quod Vinc.ibi ſuper uerbo,pronunciarunt. dixit,quod illi de
legati ſuper expenſis, ſi petitæ fuiſſent , pronunciare poterant , prius quã
ſe exoneraſſent,de reſcri.cæterum. Nam ut dicit citatus uenire debet e-
tiam ad non ſuum iudicem,priuilegium ſuum allegaturus,ff.de iu.ſi quis ex
aliena.& non ueniens puniri poteſt a iudice:qui ſaltem ex contumacia iu-
riſdictionis naſcitur,ff.ſi quis in ius uoc.non ier.l.2.de appellat. ſi duobus,
quod fatetur in expenſis, ff. de iu. eum quem temere. mulctare tamen non
poſſet.quia licet id lex concedat,canon tamen non : ex quo iuſtitia non pe-
riclitatur,de do.& cont.c.1.Dicit demum, quod ſi ad iudicis : qui citauit,
notitiam peruenit appellatio citati : uel impedimentum, quare ſua non ſit
iuriſdictio:licet non perfecte: perdit poteſtatem puniendi illum, ut præd.
cap.ſi duobus.quaſi non interſit facientis illum citari , ſicut in citatione ad
diem feriatum dicitur,ff.ſi quis in ius uoca, non ier. l. 2. in fine. Si autem
tale quid non peruenit ad illius notitiam:& citatus non ueniat:ſi excommu
nicat illum,licet in ueritate non ſit iudex in principali, dicit, quod, ſecun-
dum quoſdam:tenet excommunicatio:argument.de offici.delega. audien-
tiam. Sibi tamen uidetur:quod in ueritate ſententia excommunicationis
non teneat lata ab illo,qui in ueritate ius uocandi non habet,quantumcun
que ſeruanda uideatur. Secus dicit in ſententia condemnationis : forſan
intelligit expenſarum, de qua primo dixerat, quæ litigatorem lædere po-
teſt,ex quo eſt iudex in opinione:licet non in ueritate,ff.de offic.præt. Bar-
barius. Vnde dicit,quod diffinitiua Barbarii tenuiſſet: excommunicatio
tamen non: propter ipſius ſpecialitatem,extra de re iudic.ad probandum.
de excep.exceptionem. Sed dicit, quod ſuſtineri poſſet contrarium, ſub-
dens,dici poſſe,quod licet in ueritate non teneat excommunicatio,tamen
iſte in ueritate uitandus eſt, nec audiendus uolens litigare de viribus ex-
communicationis ex perſona iudicis. Vnde dicit,quod ſi epiſcopus in
veritate excommuuicatus citat ſubditum: quem quia non comparet:ex-
communicat, uitandus eſt, nec audietur propter contumaciam ſuam vo-
lens dicere excommunicationem non tenere: quia lata per excommu-
nicatum : hanc gloſſ. auctori reſeruaui.qui eam commendat.
ADDE,ut per epiſcopum Alex.in d.c.ſi duobus. & cautelam Spe. repro-
bat Ab.Sic.conſi.xlviii.illud afferam.libr.j.
f Frequens. ¶ Lib.6.
g Pia. ¶ Lib.6.
h Superior. ¶ Lib.6.
i Diſpendia. ¶ Lib.6.
k Actor. ¶ Lib.6.
l Vero ¶ Lib.6.
m Autem. Quod hodie in cauſis beneficialibus deuolutis per appellationem
ad curiam,ampliatum eſt,ut liceat in illis appellanti,vel appellato ſuſpen
dere petitorium à ſe:vel ab aduerſario inchoatum,in ſolo poſſeſſorio pro
cedendo,ut in cle.vnica,de cauſa poſſeſ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

relitigauerit,uel non.Et ſic reſpondi domino Clem. papę IIII.
de hoc a me in collatione præſentibus ſuis capellanis quęrenti.
13 ¶†In ſumma no.ꝙ ſi expenſæ fuerint factæ in iudicio,& quæris
de expenſis factis ante litis conteſtationē occaſione rei?dic.ut ſ.
in prin.uer.ex his.Si uero de factis ante litis conteſtationē occa-
ſione iudicii,puta quia exceptio, ſeu recuſatio malitioſe fuit ꝓ-
poſita,& non probata,uel reſcriptum malitioſe impetratum,iu-
dex officio ſuo iuxta ſuum arbitrium debet malitioſum ex offi-
cio condemnare,ex quo de malitia ſibi cōſtat per teſtes,uel per
uiolentam præſumptionē.hæc omnia probantur ext d.do.& cō
tum.c.2.de reſc.cęterum.& c ex tenore.& c.fi.de maio.& obe.c.
fi de accuſ.accedens.in fin Dic etiam per dec.de do.& contum.
finem.ꝙ ſi iudex uel ſimiliter præſumat exceptionem malitioſe
proponi,non dabit dilationem,niſi ſub hac conditione,ut ſi in
probatione defecerit,puniatur in expenſis:arg.in præ.concor.&
b Inſt.de off.iu.§.1.& ext.de reſt.ſpo.frequens.§.ſed in ciuilibus[b].
c & de exceſ.prælat.c.pia.§.ſi quis igitur[c]. in quibus dilatione pu-
re data deficiens in probatione punitur in expenſis. Multo for-
tius ergo,ſi ſub hac conditiōe data exiſtat.ar.ext.de ele.ſignifica-
ſti.uel iudex recipiat ab excipiente iuramentum, ꝙ hoc malitio-
ſe non proponat,ext.de elec.cum dilecti.§.2.de reſt.ſpol.literas.
§.pręterea.de teſti.pręſentium.& c.ueniens.& c pen.cum ſimili
& tunc expenſę uenient iudicis officio,C.de rebus cre.generali-
ter §.his de præſentib,& ſic arbitrariū eſt, utrum detur dilatio,
14 uel non,ff de pet.hære.ſi quis libertatem.§.plane. ¶†Cęterum
ſi expenſæ ratione contumaciæ petantur,iudex debet prius con-
demnare,quam in cauſa procedat,ut ſ.uerſicu.ſed quæritur. Re
fert tamē an reus petat ab actore expenſas,hac ratiōe ſcilicet,qa
uocatus reus ad inſtantiam actoris uenit,ipſe uero actor non ue
nit:& tunc locum habet C.quomodo & quando iu.authē.qui
ſemel.C.de fruc.& lit.expen.non ignoret.ext.de procu.conſti-
d tutus.ext.de dol.& cont.actor[d].an actor à reo:& tunc locum
habet ext ut lit.non conteſt quoniam.§.in aliis ext.de do.& cō-
te.cum dilecti.C de bo.auctor.iu.poſſ.authen.& qui iurat.& de
15 ſequeſt.poſ.ca.j.& de proc conſtitutus, ¶†Sed pone:reus cita-
tus ad certam diem,non uenit:iudex etiam impeditus uenire ip-
ſe non potuit:quæritur,an reus punietur in expenſis? Reſpon-
e deo,non:quod dic,ut j.§.fi.[e]

### ADDITIONES.

a In expenſis.¶Factis in iudicio poſſeſſorio,ſed de his non quærit quæſtio,
ſed de factis in iudicio petitorio ſuſpenſo,& ſi intellexiſſet quod eo ipſo.ꝙ
in poſſeſſorio ſuccubuit,condemnatur ad illas male dixiſſet. Teneas ergo,
quod plene ſcripſi in ca.paſtoralis.ſuper gl.pen.in prin.& in diſtinctione,
quam ibi formaui,per quæ patet,expenſarum factarum per reum in peti-
torio,in tribus caſibus condemnationem ſibi fieri,quando actor non ſuſpē
dit petitorium ſed illi renunciat,uel quādo illo ſuſpenſo,ad illud reuertit
& ſuccumbit: uel quando reus inſtans abſoluitur ab inſtantia ibi uide.
b Ciuilibus.¶Lib.6.
c Igitur.¶Lib.6.
d Actor.¶Lib.6.
e §.fi.¶Sub.uer.tu autem uer.ſi autem.

### SVMMARIVM.

1 *Expenſæ poſt litem conteſtatam factæ officio iudicis peti poſſunt.*
2 *Lite finita debet regulariter victus victori in expenſis condemnari.*
3 *Expenſæ poſt litem conteſtatam,& ante ſententiam factæ,in quo differāt.*
4 *Exceptionem in cauſa ſpirituali non probans,præſumitur male excepiſſe.*
5 *Victum victori in expenſis debere condemnari,qualiter intelligatur.*
6 *Expenſæ in iudicio poſt litem conteſtatam factæ,multipliciter conſiderantur.*
7 *Actore vincente,etiam abſente,an veniat reus ſibi in expenſis condemnandus.*
8 *Sententia abſolutoria lata,præſumptio iuris eſt contra actorem.*
9 *In expenſis,quæ ante ſententiam præſtantur,non attenditur,an eas præſtans iuſtam cauſam habuerit litigandi in principali.*

¶De expenſis,quę fiunt poſt litis conteſtationem.

4.§.Nunc de expenſis,quæ fiunt poſt litis conteſtatā,
& in fine litis,aliqua in ſubditis perſtringa-
1 mus ¶†Scias igitur,ꝙ illæ iudicis officio petūtur.nam quę poſt
litem conteſtatam accidunt,ualde ſpectant ad officium iudicis,
ut j.uer.hoc quoq;.& dic,ut ſ.§.prox uer.ex his.& niſi iudex tē-
pore ſententiæ condemnet ad eas quę ueniunt iudicis officio,
poſtmodum peti non poſſunt,ut C.de fruc.& lit.expen.termi-
nato,niſi in cauſa appellationis,C.quando prouoc.non eſt nec.
l.fi.& ſupra de app.§.in quibus uerſiculo.34.& cum petes ſentē
tiam,conſulo,quod ſemper de expenſis proteſteris,& eas petas
2 ut dixi ſupra de peti.ſententię,& ſ.§.j.uerſiculo,& not.¶†In fi-
ne autem litis uictus victori debet regulariter in expenſis con-
demnari,C.de iu.properādum §.ſin autem alterutra.Inſtitu.de
pœn.tem litig.in prin.extra,de pœn.calumniam.extra,de ma-
io & obe c.fina.in auth.de iu.§.oportet.Col.6.C de epiſ.& cler.
3 auth.generaliter.¶†In hoc autem eſt differentia inter has expē-
ſas,& illas quæ prætantur ante ſententiam:de quibus dixi ſ.§.
prox.uerſi.hoc autem certum.& per totum §.nam in his diſtin-
guitur,ſicut B.diſtinguit in dilatoriis exceptionibus,ut ibi in
uerſiculo,ſed nunquid.uidelicet an habuerit probabilem cauſā
litigandi,uel non:& an ſit iuratum,uel non:ut ſi habuerit cauſam
probabilem litigandi,non condemnetur quis in expēſis,licet de-
ficiat in probatione exceptionis,argument.ext.de eo,qui mit.in
poſſ.cauſa rei ſeruan.cum ueniſſent.de ſent.excommun.ſacro.
§.forſan.ff.de leg.2.qui ſolidum §.etiam.uerſiculo,nec aliud.&
a in auth.de iu.§.oportet.extra de electio.ſtatuimus.§ fina.[a]& 2.
quęſt.3.§.Paulum.& j.§.proximo,prope prin.ibi,quidam autem
&c.& hoc tenet papa,ut j.uerſiculo,hoc etiam.uel etiam ſi iu-
rauit de calumnia:quia poſtea præſumitur iuſtam cauſam foue-
re,ſecundū Ioan.non enī,pſumitur ꝙ ſit immemor proprię ſa-
lutis,ut j.quęſt.7.ſancimus.Idem quoque eſt in exceptionibus
poſt iuramētum calumnię propoſitis:quia iuramentum de ca-
lumnia extenditur ad omnia,quæ incidunt,uel emergunt in cau
ſa poſt litem conteſtatā,C.de iur.calum.authen.hoc ſacramen-
tum.Si enim indiſtincte fieret condemnatio expenſarum,hoc
metu ſæpe quis ſuum ius relinqueret indefenſum,ut ff.de pet.hę
red.illud.& quę dixi,uera ſunt,niſi conſtet de calumnia,ſeu ma-
litia.Nam tunc non obſtante cauſa probabili,uel iuramento,cō
demnabitur in expenſis:quia prima præſumptio tollitur per ſe-
b quentem[b],extra,de præſumpt.literas extra.de elect.cum inter
R.nam præmiſſa præſumptio non eſt iuris & de iure,ſ.de præ-
c ſumptionibus.[c]alioquin temere litigans quandoque non con-
demnaretur in expenſis:quod eſſe non debet,ut in pręc.calum
niam.& in pręl.eum quem temere.Si autem nō fuit iuratum de
calumnia,tunc fit condemnatio,ut in d.c.finem.extra.de ma.&
4 obed.c.fin.¶†Quid ſi eſt talis cauſa in qua non iuratur de calum
nia,puta ſpiritualis,in qua non de calumnia,ſed de veritate iura
tur,extra,de iur.calumn.ca.2.Dicit T.quod tunc debet condem
nari in expenſis deficiens in probatione exceptionis,fundata in-
tentione actoris.& ſic intelligitur extra.de dol.& contuma.finē
quia eo ipſo quod non probat,præſumitur malitioſe excepiſſe:
& quod ibi dicitur,præſertim in ſpiritualibus,exponitur,id eſt,
tantum.& idem eſt,ſi ſuccubuit in cauſa principali ut poſſit de
probabili errore docere.Vinc.autem dicit quod per c.finem.ali
quid additur,ut uidelicet ex quo fundaui intentionem meam,ſi
tu opponis de exceptione,quam tu non uis ſtatim probare,de-
beas condemnari in expenſis,ſiue ſit iuratum de calumnia,ſiue
non:argum.pro eo ext.de offici.delega.prudentiam.§.ſexta.Poſ
ſet tamen hoc exigi iuramentum,quod malitioſe exceptio non
proponitur:arg.extr.de elect.cum dilecti.extra,de reſti.ſpol.c.
d literas.Do.meus dicit[d],ꝙ in omni genere litis locum habet re-
gula illa,uictus victori,&c.& intelligit c.finem.etiam,quando
de calumnia iuratur,locū habere:& exponit ibi Pręſertim,id eſt
Maxime:quia idem,quando quęſtio non ſpiritualis eſt,ut dicit.
nam ſemper uictus uictori.&c.niſi de probabili conſtet errore.
Alii uero,ut Pla.Ia.& Bal.dicunt,ꝙ nulla diſtinctio eſt in præmiſ
ſis facienda nam eō ipſo,quod quis ſuccumbit,intelligitur ma-
lam cauſam fouiſſe,argu.C.de epiſc.& cler.authent.generaliter
ibi,ſi uictus fuerit,creditur iniuſte litem mouiſſe,&c ſicut & in
cauſa criminali pręſumitur calumniari qui non probat.C.de ad
uoc.diuer.iu.l 1.extr.de iur.calumn.ca.1.2.quęſt.3.qui non pro-
bauerit.2.& ſic idem dicunt eſſe in ciuili.Sed benignius eſt,ſi ex-
ponas illud uerbum,Victus,ſcilicet ab aduerſario.arg.C.de epi-
ſcop.& cleric.omnis.in fin.& nos in curia Romana indiſtincte
e uictum in expenſis condemnamus,niſi iuſſus domini papę,uel
5 alia euidē[…]io impediat[e].¶†Quod autē dixi,ꝙ regulariter ui
ctus per

### ADDITIONES.

a §.fin.¶Lib.6.
b Sequen.¶Et ſic præſumptio,quæ ex iuramento oritur per contrariam
ſententiam.
c Præſump.¶§.2.u[…]r.neceſſaria.
d Dicit.¶In Summ[…]ibi ſ.& in decr.finem.uer.ſuper 1.gl.quatuor ipſius ra
tiones poſuit.
e Imped.¶Et hinc patet,quod ſcripſi in decr.finem.ſuper gl.ſed nunquid.
ubi uide:& de pœ.calumniam.ſuper gl.2.&,ut ibi dixi:ſit potiſſima ratio,
quia & ſi fateamur per iuramentum calumniæ excludi calumniam,non ta
men temeritatem,ex qua etiam procedit condemnatio expenſarum,ibi
uide.
ADDE Abb.in d.c.finem.ubi dicit dictum Spec.ubique ſeruari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctus per ſententiam diffinitiuam debet victori condemnari in
expenſis, verum eſt, niſi ſententia pro abſente feratur, ut C de iu-
dic properandum.§.& ſi quidem uerſi.ſi autem ex geſtis.extr.de
a poen. calumniam [a]. niſi iuſta ignorantia uictum excuſet: puta
quia hubuerit probabilem cauſam litigandi, ut ſ. vel quia reus
habet legitimam cauſam abſentiæ, ut in præd.l.properandum.§.
b ſin autem aterutra [b].¶†Hoc quoque notandum eſt, ſecundum
6 M.quod aut petuntur expenſæ factæ in iudicio poſt litem con-
teſtatam occaſione rei, aut factæ occaſione iudicii. Si occaſione
iudicii, aut ſunt factæ quia deficit pars in probatione, aut ratio-
ne contumaciæ. Si ratione contumaciæ factæ ſint, aut reus petit
eas ab actore, aut auctor à reo: aut petuntur expenſę ab eo, qui
in cauſa ſuccubuit. Si quidem expenſæ petuntur factæ in iudicio
poſt litem conteſtatem occaſione rei, ueniunt in condemnatio-
ne officio iudicis. Idem in fructibus & in acceſſionibus poſt li-
tem cónteſtatam perceptis, ff.de ędil. edic. ædiles. §. item ſcien-
dum.& l.item ſi ſerui.§.j & ff.de aqua plu.arc.Atteius §.fina. C.
de rei ven.certum.ff de eo, quod cer.lo da.op.in bonę. in princ.
huius §.per quam l.in bonę & per alias probat, quod ſi intente-
tur actio bonæ fidei iure actionis propoſitæ, ueniunt præmiſſa:
ſi ſtricti iuris, iudicis officio.quod dic, ut ſ. §.ſi ante litis, uerſicu.
ex his. Et hæc condemnatio fiet tempore ſententiæ, & eadem
die poterit ſuppleri, j.§.fin.uerſic.illud etiam. Si autem quæritur
de expenſis poſt litem conteſtatam occaſione iudicii factis, forte
ea ratione, quia obiiciens exceptionem ſuccubuit, ſi is contra
quem obiicitur, nondum ſuam intentionem fundauit, ſeu pro-
bauit, dic, ut ſ.§ proxim.uer.in ſumma. Si autem cum obiicitur,
iam eam fundauerat, præſumptio iuris eſt, quod malitioſe pro-
poſita ſit, arg.extr.de reſt.ſpol.literas.§.propterea. Vnde non ob
tinebit dilationem niſi ſub hac conditione, quod condemne-
tur in expenſis, ſi forſan deficit in probando, ut extra, de teſti. ſi-
gnificauerunt.& ſic loquitur præd.decre.finem. ſecundum eum
ibi, cum acceptis induciis, &c. id eſt, ſub hac conditione indu-
cias excipias, ut ſi forſan, & c.etiam quod ius præſumit poſt fun-
datā intentionem ab aduerſario. Item poteſt prępſumere iudex,
quando ante litis conteſtationem, vel poſt, ante quam ſit funda
ta partis alterius intentio exceptio proponitur: & debet ſuum
motum informare ex probabilibus coniecturis, extra, de teſtib.
præterea.& c.in prępſentia.& de accuſ.qualiter.ii.extra, de renun
7 ciat.in præſentia.& dixi in præd.uerſi.in ſumma.¶†Porro ſi pe-
tuntur expenſæ occaſione iudicii poſt litem conteſtatam prop-
ter contumaciam partis, & reus petit ab actore non ueniente,
locum habet C de iudic.properandum, §.& ſi quidem pars, & §.
ſi autem ex geſtis quia fertur ſententia diffinitiua, ſiue pro acto-
c re, ſi ius habet, ſiue pro reo: ſed in utroque caſu [c] abſens condem-
nabitur in expenſis: & hoc, ſi liqueat de cauſa. Si uero actor pe-
tit a reo, qui nullo modo uenit, locum habet ea. lex, §. ſi autem
reus, quia tunc fertur ſententia ſuper expenſis cum principali:
& hoc, ſi liquet de cauſa: alias fit abſolutio ab obſeruatione iudi
cii, & fit condemnatio in expenſis ut ea.l.§. cum autem eremo-
dicium. Sed ſi actor contumax, ſiue reus, poſtmodum ueniat,
non procedetur in cauſa, donec expenſas reſtituerit, C. eo. ſan-
cimus.quę loquitur indiſtincte in actore & reo ante litis conte-
d ſtationem & poſt, extra de dol. & contum. actor [d]. Ceterum ſi
expenſæ iudiciales petuntur ab eo, qui ſuccubuit, dicit domin.
meus, quod iure communi uictus victori condemnatur, iuxta
pręmiſſam regulam, ſubtractis expenſis, quas alterutra partium
pro contumacia ſoluit, uel quia in probatione deficit, de qui-
bus ſupra dixi. Illas enim non recuperabit, cum propter ſuam
contumaciam ſoluerit, uel ſoluere debuit, ſecundum domin.
8 meum.¶†Hoc vult dicere: pone, condemnaris mihi victori in
expenſis, quas feci in lite: ego uero propter contumaciam meā,
uel quia defeceram in probatione alicuius exceptionis, in pro-
e ceſſu cauſæ ſolueram decem [e], nunquid ergo illa decem ueniunt
in condemnatione, & ea recuperabo, cum occaſione litis expen-
derim? Certe non: imo ſubtrahuntur de condemnatione mihi fa
cta, cum per contumaciam & culpam meam ſoluerim illa, arg.
extra, de procur.auditis.& de dol. & contu.c.finem. ff. de admi.
tut.ſi plures.in fi.arg.extra de reſc.c fin uer.quique illos.ubi im
petrans contra eum, contra quem nil quęſtionis habet, condē-
nari debet ei in expenſis. Sed cum hęc negatiua ſit, dicit quod nō
poteſt probari, niſi per euentum cauſæ. C.de iudic.rem non no-
uam.§.fi.extra.de frig.& mal fraternitatis.in fi. Vnde lata ſenten
tia abſolutoria, præſumptio iuris eſt contra actorem.arg extr.de
ele.innotuit.§.parcētes.qui ex quo deficit in probatiōe, calūnia
ri præſumitur, niſi innocentiā ſuā probet: unde & punitur, extr.
f de elect.ſtatuimus.in fi. [f] hoc not do. meus in Summa de do. &
contu.§.qua pœna.quæ tamen ſatis tacta erant in præmiſſis. Pa-
pa uero ext.de appel.ſępe.quod expenſę, quę fiunt extra iudiciū,
petuntur iure actionis: pro factis uero in iudicio nulla competit
9 actio, niſi iudex de illis pronunciet, C.de fru.& lit.expen. termi-
g nato.C.de poſtul.l.iiii. ¶†Hoc etiam ſcias ſecundum Papam [g]
quod in expenſis, quæ ante ſententiam præſtantur, non atten di
tur, an eas pręſtans iuſtam cauſam habuerit litigandi in principa
li, vel non: ſed ſolum in exceptione, uel alio articulo, de quo agi
tur, & cuius occaſione petuntur, ut c.finem.& de ſequeſt.poſ.c.
1.ad fi.& de teſti.ſignificauerunt.& de appe.ſæpe.iii.quæſt.iii.§.
ſpatium.ad fi.extra de procur.auditis. & c.conſtitutus. ſed in il-
lis, quæ in fine litis pręſtantur, attenditur, an ſuccumbens habue
rit iuſtam cauſam litigandi, uel probabilem tantum: & ſic non
fit condemnatio in expenſis, extra de eo, qui mit. in poſ. cauſa
rei ſer.c.ii.& ſ.uerſi.in hoc.ut infra §.proxim.dicetur. Quando
autem debeat quis aduerſario ſuo in expenſis prouidere, not.in-
h fra de inquiſitione §.fi ad fi. [h] Item utrum arbiter poſſit in expē-
ſis condemnare, dixi ſupra de arbit.§.fi.uerſi.ſed cum ſ.in forma
& ſeq. Item qualiter fit condēnatio in expenſis, not.ſupra de ex-
cep.§.uiſo.uerſi.quod ſi reus probat. Item utrum iudex poſſit
ſupplere de ſumptibus, & fructibus, ſi fuit in ſententia omiſſum:
& quid iuris, ſi nolit ſupplere.ſupra de diſput.& alleg.§. fin. uer.
quid ſi de & ſeq.

## ADDITIONES.

a Calumniam.¶ Vltra ea, quæ ſcripſi ſuper ult. gloſſ. quæ omnino uideas, eſt ſciendum, quod Sim. Vincent. ſcripſit ſuper l.pen.§.ſin autem iii. ubi glo. etiam decidit hos duos caſus, & quoſdam tenere, quod iſte primus caſus non congrue excipitur a condemnatione: nec hoc intendit. §. ſi autem ex geſtis.eadem l.nam, ut dicit, victus præſens actori abſenti & vincenti bene condemnatur in expenſis: ſed de condemnatione excipitur ſumma, quam victus præſens expendit. eſt ergo exceptio non a condemnatione, ſed ab integra condemnatione, ut dixi ſuper prædicta vlt.gl. uel forſan a ſolutione, ſi intelligas textum de condemnatione facta, illas detrahendas, quaſi cōpenſando, uel, ut primo dixi, ab integra condemnatione: in terminis condemnandus erat reus actori, ſi fuiſſet præſens, in xx. pro ſorte & expenſis: dicit Simon cum Accu. reus in lite expendit v. condemnandus eſt in expenſis propter malam cauſam: & quia victus propter actoris contumaciam factam per ſacramentum fide quod illa v. expenderit, condemnabitur ſolum in xv. de ſorte & expenſis: puto dixiſſe Accurſ. ubi ſ.& Simon: quia facilior eſt computatio in perſonali: quod patet etiam in caſu conuerſo nam abſoluto reo abſente, actor ſibi debebat condemnari in expenſis: detrahetur autem de condemnatione expenſarum, quod ipſe actor præſens expendit. Sed & in reali idem eſt: uendicat actor domum a reo: fertur ſententia pro actore contumace reo prępſente: uel econuerſo fiet, ut ſ.& per utrumque dictum impugnatur opin. Plac. Eſſet autem dare, quod uerificatur ſeu uerificaretur totum, in exceptio, de qua opponebam primo, ſcilicet quia tantum, uel plus expendit præſens uictus, ut abſens uictor: tunc enim nulla fiet condemnatio: & quod dicit lex de detractione, intelligitur, ſi fieri poteſt.

b Alterutra. ¶ Vtrum minor, cuius nomine calumnioſam litem mouit curator, &c. ſumptus reſtituet, no. ſupra de ſentent execu.§. ſequitur. uerſi.ſed quid ſi. In ſumma diſtingue tempus, ut concordes uariantia iura, ut ii. q.1. ſi peccauerit. xxix. diſtin.c 1.& ii. Primo enim ſtatutum fuit in laicis, quod condemnantur in expenſis, ut ff.de iud.eum quem. Secundo, in eccleſiis, ſeu clericis, ut C.de epiſcop.& cler.omnes.in fi. Tertio fuit generaliter ſtatutum, quod victus victori, &c. ut in præ.§.ſin autem alterutra. Quarto, ut actor promitteret decimam partem litis in libello comprehenſæ, ſi appa ruit eum iniuſte litem mouiſſe. C.de epiſcop.& cleric.authent.generaliter. Quinto correctum fuit, quod dicitur in præd.§.ſin autem.nam non debet iudex in expenſis condemnare victum, niſi viderit eum iniuſte contradixiſſe, ut in præd.§.oportet. Hodie de conſuetudine multorum non condemnatur uictus uictori, niſi expreſſe promiſſæ fuerint, vel niſi in cauſa appellationis. Sed de hoc dic, ut prædixi.

c Caſu. ¶ Hoc non fateor: imo vincente actore abſente condemnabitur ſibi præſens uictus, ut dixi ſuper uerſi.quod autem.

d Actor. ¶ Lib. vj.

e Solueram decem. ¶ Siue in proſequendo exceptionem, ſiue in ſoluendo expenſas propter id factas ab illo, qui in principali ſuccubuit.

f In fin.¶ Lib. vj.

g Secundum Papam. ¶ In c.finem. quod ponit etiam glo.

h Ad fi. ¶ Et ibi ver. quod ſi canonicus. tractat de uenereali. xx. an canonicus qui obtinuit prælatum priuari, repetat expenſas ab eccleſia. Item an minor quia citatus non cōparuit, paſſus miſſionē, uel bannitus, teneatur ad expenſas recuperando tenutam, uel petens bannum cancellari? uide, quod plene dixi ſupra de 1. decreto, §. reſtat. uerſicu. ſed pone, quod pupilli.& uerſi.ſeq.

## *SVMMARIVM.*

1 *Condemnatio quare aliter fiat in cauſa appellationis, & aliter in principali.*

2 *Appellans quo pacto veniat in expenſis condemnandus, uel non. & numer. 5.*

3 *Regula, Victus victori, &c. an locum habeat in cauſa appellationis.*

4 *Calumniari contra ſalutem propriam nemo præſumitur.*

6 *Expenſæ factæ in cauſa appallationis in iudicio emiſſæ, &c. veniunt iudicis officio.*

7 *Iudex appellationis ſuccedere dicitur iudici cauſæ principalis.*

8 *Appllatus ſuccumbens in cauſa appellationis, an veniat in expenſis condemnandus.*
9 *Sententia lata ſemper præſumitur iuſta, donec contrarium probetur.*
10 *Appellatione extra iudicium facta, bene poteſt appellatus condemnari in expenſis in lite factis.*
11 *Appellatus abſens ſemper uenit comdemnandus.*
12 *Iudice appellationis pronunciante male appellatum ab interlocutoria, vel grauamine, & remittente ad priorem iudicem, qualiter fiet condemnatio.*
13 *Expenſarum petitio in quibus cauſis locum habere dicatur.*
14 *Executor quo caſu expenſas mereatur, vel non.*
15 *Appellans ex vna iuſta cauſa, licet multæ friuolæ illi iungantur, tantum conſequitur per iſtam ſolam, quantum ſi cæteræ eſſent iuſtæ.*
16 *Condemnatio non debet ex diuerſis cauſis friuolis fieri, ſi vna inter eas bona probetur.*

¶ De expenſis in cauſa appellationis factis.

5. §. Nunc uidēdum reſtat, qđ iuris ſit de expēſis in cau-
ſa appellationis factis Et certe tunc, ſecundū
Ioan. T. V in. & B nulla eſt diſtinctio facienda, an iuſtam cauſam
habuerit appellandi, uel non: ſiue appelletur ante ſententiam, ſi-
ue poſt: nam ſemper condemnabitur appellans in cauſa appella
tionis ſuccumbēs, ii. q. vj. omnino. & extra, de ap. ut debitus. & c.
ſæpe. & c. reprehenſibilis & c. Nicolao. C. eo. eos §. ne temere. ex-
tra, de eo, qui mit. in poſ cauſa rei ſer. cum ueniſſent. C. quo. app.
non recip. ab executione. & ſ. §. ſi ante lit. conteſt. uer. v. & uerſi.
1 vj. & uer. vii. & uerſi. viii. ¶ † Eſt ratio, quare aliud in cauſa appel
lationis, & aliud in principali, ubi non fit condemnatio indiſtin-
cte: nam in principali inducuntur probatione facti. in quo pro-
babilis eſt ignorantia, ſaltem quo ad factum alienum, ff. de iur.
& fac. ignor. plurimū. ii. q. iii. Paulum. ſed in cauſa appellationis,
quæ habet per acta prioris iudicii expediri, ut ſ. de ſent §. iuxta.
uerſi. ſed ſi cauſa. ubi frequentius non inducuntur probationes.
facti, ſed tantum iuris allegationes, extra, de app. ſæpe ad princ
in quibus ignorantia probabilis non eſt. ut ff. de iur & fact. igno.
regula. cum potuerit conſuluiſſe peritos, ut ſ. de aduoc. §. nunc
tractemus. uer. habito & ſatis per ea inſtrui potuit, quid per ea
futurum eſſet in cauſa appellationis: ergo ſi inducantur probatio
nes facti, ſecundum hoc uidetur, quod non fiet indiſtincte, ut iā
a dicam [a]. Tamen, ſecundum V inc. ubi quis calumnioſe appellat,
magis punitur, C. quo. ap. non re. ab executione. In criminali au
tem cauſa lite perdita notatus abſcedat. C. de app à proconſuli-
2 bus. ¶ † Quidam autem, quos Pet. de Sam ſequitur, dicunt, quod
præmiſſa obtinent, ubi quis calumnioſe appellauit: ſed ſi poſſit
oſtendere, quod iuſtam cauſam habuerit appellandi, uel quod
appellando probabiliter errauerit, non condemnabitur in expē
ſis, ſed pronunciabitur non bene appellatum eſſe, arg. in præd. c.
cum veniſſent. tam in tex quam in gl. cum concor. quę ſunt ſ. §.
px. uer. hoc autem in. & not. ii. q. vj. §. patet. uerbi gratia, conue-
nis me coram ordinario: appello, ne ille in cauſa procedat, quia
ſuper eadem cauſa miſi nuncium ad ſedem Apoſtolicam: ſecutus
opinionem Doctorum dicentium hanc appellationem eſſe iuſtā
per decret. de appell. meminimus. & c. ad hęc ſicut. iudex autem
ſecutus aliam opin. quæ probatur per decret. eodem titulo, ut
debitus. pronūciat me minus rationabiliter appellaſſe, certe hoc
b caſu non ſum in expenſis condemnandus [b], arg. in præd. concor.
quæ ſunt in præd. uer. in hoc autem. alias quilibet ius ſuum dimit
tet indefenſum ut dixi in prę. uer. in hoc. Ibi etiam dixi, quando
pręſumatur non calumnioſe appellatum: puta quia iuratum eſt
de calumnia. Error etiam probabilis dici poteſt propter negotii
varietatē, uel ſi ſucceſſit alteri, ff. de reg. iur. qui in alterius. uel po
ne exempla, ut extra, de iureiur. mulieri. extra, de noūi oper. nūc.
3 c. ii. ¶ † Dic ergo, quod in cauſa appellationis locum habet regu
la, uictus uictori, &c. ſed non ſemper, puta ſi iudex uideat ui-
ctum errore probabili uictum, qui debet illud in ſua ſententia
c declarare, ut C. de iudi. auth. poſt iuſiurandum [c]. ¶ † Nam cum &
4 in cauſa appellationis de calumnia iuretur, ut extr. de teſta. Ray-
d nutius. & c. Raynaldus [d]. non eſt præſumptio, quod calumnietur
contra ſalutem propriam: ſicut ſ. §. prox. in caſu principali di-
ctum eſt. Item poteſt eſſe, quod propter acta prioris iudicii ſen-
tentia rite lata fuit. & tamen propter exceptionem in cauſa ap-
pellationis propoſitam, & probatam, retractatur, ut extra. de fi-
de inſtrumen. cum Io. & de priuil. cum olim. Non ergo imputa-
bitur appellato, ſi non diuinauit: unde non poteſt dici indiſtin-
cte condemnationem expenſarum in cauſa appellationis facien
dam: ſicut fere omnes dicunt. Igitur & in principali & in cauſa ap
pellationis bonus iudex arbitrabitur, ut in pręd. §. oportet. & in
concord. quę ſunt in præ. uerſic. in hoc autem. & ff. de admi. tut.
quoties. §. ſicut. extr. de priuil. cum olim. ii. §. j. & §. fi. ubi pronun
ciatur ſuper expenſis per quadriennium factis, non poteſt dici,
quod cauſa appellationis, in qua forte hoc ſpeciale diceres, tan-
tum duraſſet, cum ibi non exprimatur cauſa, propter quam etiā
biennium dandum foret, extra, de appellatio. cum ſit Romana.
e & c. oblatę. extra, de elect. ſtatuimus. in fin. [e] ſecundum domin.
meum. Sed & ſi appellans congruo tempore appellationi legiti-
mæ renunciet, non condemnabitur in expenſis, ut patet extra,
de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. c. penultim. argument. ii. quę.
vj. ſi quis libellos. extra, de offic. delegat. gratum. ſecus, ſi appel-
latio non eſſet legitima, uel ſi iam intereſſet appellantis: argum.
in his quę no. ſ. de exceptio. § uiſo. uerſicul. ſed nunquid iudex.
puta quia aduerſarius fecit propter hoc expenſas. illas enim de-
bet reſtituere: uel ſi cauſa alteri ſit commiſſa extra, de appellat.
5 interpoſita §. ille. ¶ † Non ſolum autem uictus in cauſa appella-
tionis debet condemnari in ſumptibus, uerum etiam appellans,
qui nunquam comparuit coram iudice appellationis, debet ſa-
tisfacere de expenſis, ut extra, de appellat. ſæpe. uerſic. unde licet.
extra. de reſcrip. ex parte. S. in fin. etiam ſi appellatus non com-
paruit, ſed alias propter appellationem expenſas fecit. tenetur
enim appellans ad illas actione de dolo, ſi doloſe appellauit: uel
actione in factum, ſi temere appellauit: quia iuſtum eſt, quod pu
niatur in huiuſmodi expenſis: uel officio iudicis. Cum enim aliæ
actiones non ſint, iuſtum eſt has dari. argum. in præd. capitul. ex
parte. in fin. & ff. de dolo, l. 1. in princip. & §. 1. ff. de pręſcript.
6 uerſicul. quoties. ¶ † Et nota, quod expenſę, quæ fiunt in cauſa
appellationis in iudicio emiſſę, & etiam omnes, quæ fiunt in prin
cipali cauſa, à qua appellatum eſt, ueniunt iudicis officio, ff. de
7 uſuris, tutor. † nam iudex appellationis ſuccedit iudici prin-
cipalis cauſæ: & ei licet addere & minuere, ut extra. de teſta-
ment. Raynutius uerſicul. fin. C. de ſenten. quæ ſine certa quan.
profer. lege. 1. & in prædict. lege. tutor. & ei licet reuocare con-
demnationem expenſarum factum in principali, & eadem ra-
8 tione ſupplere. ¶ † Quid de appellato, qui ſuccumbit in cau-
ſa appellationis, nunquid debet in expenſis condemnari, ſicut
& appellans, niſi in prędictis caſibus? Videtur quod ſic: quia
in utroque litigatorum ſeruari debet æqualitas in ſumptibus
& in expenſis, ut C. libro. xii. de proxim. ſacra. ſcrin. in ſa-
cris. prope fin. uerſicul. & quoniam. & quia ſatis potuit inſtrui
per acta prioris iudicii, quid futurum eſſet in cauſa appellatio-
nis, ut ſupra, & argument. ff. de re iudica. cum apud. & ff. de
pactis. tale pactum. & hoc tenent quidam Sed dic contra, argu-
ment. C. de appellat. eos. reſpon. 1. in fin. & argument. extra de
pœn. calumniam. & in concord. quæ ſunt in prædict. uerſicul.
in hoc autem eſt. Rationabilē enim cauſam habet litigandi & de
9 fendendi ſententiam pro ſe latam: † pro qua ſemper præſumitur
donec contrarium oſtendatur, extra de re iud. ſicut. C de rebus,
cred. generaliter extra de renun. in pręſentia. & etiam poſt ap-
pellationem præſumitur pro ea, donec aliquid contra eam pro-
betur. ut no. extra de appel. cum ſpeciali. in gl. & ſi cuidetur, &c.
nec iniquitas, uel imperitia iudicis male iudicātis debet ſibi im-
putari, ſi ipſe in hoc non peccauerit. argument. extra de his, quæ
fiunt

ADDITIONES.

a Iam dicam. ¶ Et no. de reg. iur. ignorantia. lib. 6.
b Condemnandus. ¶ Faciunt, quę ſcripſi de pœn. calumniam. in gl. ii.
ADDE, quod propter conſilium egregii doctoris quis excuſetur ab expenſis. Pet. de Anch. conſil. ccxxiiii. in fin. & quando expenſæ debeantur per victum victori, & quando excuſetur ab eis. uide Bald. conſil. lxxiiii. ante finem, & conſil. ccxxi. j. lib. Et quando expenſę taxantur, an ſit citandus fideiuſſor, per eundem conſi. ccxliiii. eo. j. lib. Et an expenſę litis debeantur per hæredem cum beneficio inuentarii ultra uires hęreditarias, per eundem conſi. cclxxi. eo. lib. Et an propter omiſſionem expenſarum uictor poſſit appellari, uide Ang. conſi. cix.
ADDITIO. Adde tu, quod ſi appellans habet opinionem unius famoſi doctoris, excuſatur ab expenſis, ut concludit poſt Pet. Ioan. And. in cap. ut debitus. de appellat. quia ita limitat illum tex. & ſimiles. idem tenet Bal. in cap. ueniens. el 1. circa fi. de teſti. & ſequitur etiam Innocen. in dict. cap. ut debitus. niſi talis opinio fuerit communiter reprobata. nam in conſulendo & iudicando non eſt recedendum à communi opinione; & tradit Phil. Corn. conſil. clxxxi. incip. uiſa copia. col. penult. uerſicu. ex quibus. in iii. uol. Et adde: quod appellatione omnium & ſingularum expenſarum ueniunt ſolum expenſę legitimæ, iuſtæ & moderatæ, ut per Alexan. in conſi. lxxiiii. incip. & ſi tantorum. col. fin. uerſicu. præterea. in iiii. uol. Et an appellatione damnorum ueniant expenſæ: uide ſingul. Lud. Rom. ſin. cccxlii. incip. nunquid appellatione. & uide per Gu. Pap. ccccl viii. incip. appellatione, ubi dicit, quod expenſarum appellatione continentur tam ſolutę, quam ſoluendæ, per gloſſ quam dicit eſſe no. in le. quibus diebus. §. 1. ff. de cond. & demon. Et adde, quod ubi quis in articulo iuris ſuccumbit, opin. Doctorum nec iuramentum calumniæ excuſant ab expenſis, ſecundum Bal. conſi. cccclxxii. incip. ſtatuto communis Papiæ. col. fin. uerſic. & eſt no. in 1. uolum. Henr. Fer..
c Iuſiurandum. ¶ Alias incip pono, iure.
d Raynaldus. ¶ De iur. calum. c. ii. lib. vj.
e In fin. ¶ Lib. vj.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fiunt à ma.parte ca.quæſiuit.ff.de dolo,l.j.C.de inoffi.teſta. ſi qs
in ſuo.& quia ipſe non agit,ſed patitur, vt iam dixi ſ.in verſicol.
10 quid ergo. Et hoc in appellatione in iudicio.¶†Si vero extra iu
dicium appelletur, bene condẽnabitur appellatus in expẽſis in
lite factis.vt C.lib.x.de ſump.recuperat.l vnica, cum ſuis cõcor.
a & extra de elect.ſtatuimus[a].quia tales appellationes ſunt prouo
cationes ad cauſam,vt extra,de app.cum ſit Romana.Inuenio ta
men vnum caſum, in quo ꝯtrium obtinet, vt extra.de app. cor
b di.§.pen.[b] quæ loquitur,cum in iudicio,uel extra appellatur, vt
c ibi in prin.ſed ibi punitur alia ratione[c].Quidam uero dicunt,qđ
ſicut iudex punitur qui appellationem nõ recepit:ſic & iſte,qui
eam non approbat:quod dic, vt in Sũma domini mei de appel.
11 §.quomodo decret.iuxta fi.ver.ſed nunquid.¶† Illud autẽ cer-
tum eſt,ꝙ ſiue ſententia infirmetur, ſiue confirmetur, appella-
tus abſens ſemper condemnatur,ij.q.vj.appellatore. Si vero v-
traque pars præſens ſit,& appellatio rei pronunciatur iniuſta,cõ
demnatur in expenſis,C de appe.à proconſulibus extra.c.vt de-
bitus.Si autem reus fuerit abſolutus, & actoris appellatio pro-
nunciatur iniuſta; dicit Vber.ꝙ non condemnabitur in expen-
ſis,quia non debuit ius ſuum relinquere indiſcuſſum,ff.de petit.
hære.illud.quia nec hodie debet aliquem condemnare, niſi eũ
iuſtè viderit condemnandum, in auth de iudic.§ oportet. Nec
obſtat,ſecundum eum.C.lib.x.de ſump recuperat.l. vnica: quia
ideo ibi fit condemnatio expenſarum, quia fruſtratoria nomi-
natio fuerat facta de perſona illius. Tu vero dic, vt ſupra, & in-
fra dicitur. Nota autem, quod iudex appellationis quandoque
condemnat appellantem,quandoque uero condemnandum re
12 mittit:quod dic,vt ſupra, §.ſi ante litis.uerſi. vij. ¶† Sed quid ſi
iudex appellationis pronũciat malè appellatum fuiſſe ab inter-
locutoria, uel grauamine, & remittit appellantem ad priorem
iudicem, non tamen eum in expenſis condẽnat, nunquit prior
iudex eum ante omnia condẽnabit? Reſpon obtinuit, ꝙ non,
ſed in fine litis venient hæ expenſæ, ne hoc prætextu cauſa plus
debito prorogetur: & quia hoc ſpectat ad iudicem appellatio-
nis,extra de appel.vt debitus.in fi. Vtrum procurator fruſtrato-
riè appellans, vel etiam quia nihil nouit de cauſa ſoluet de ſuo
expenſas,not.ſupra de execu.ſen.§ ſequitur.ver.ſed quid ſi pro-
13 curator. & ſ.de procur.§.j uerſic.item quod omnino. ¶ † Hoc
quoque ſciendum eſt, quod in cauſa criminali, ſiue denuncia-
tionis, ſiue inquiſitionis, locum habet petitio expenſarum,ar-
gu.extra de do.& contu.cum dilecti.in fi. C.qui accuſ. non poſ.
14 qui crimen.¶† Sed pone,impetraui literas, vt mihi prouidere-
tur de præbẽda in aliqua eccleſia,ex quarum virtute mihi quin
to loco vacatura debetur: ſed papa in meum præiudicium illã
confert alij de gratia ſpeciali: Executor uero meus confert mi-
hi ſextam,quia mihi facta eſt iniuria ſuper quinta, ſecũdum ea,
d quæ not. ſecundum Papam, extra de præben. relatum.[d] ſed fa-
ctum executoris,qui mihi aſſignando quintam functus fuerat
officio ſuo,& ideo non potuit aliquid facere,ſuper ſexta repro-
batur, nunquid habeo expenſas? Reſpon.obtinuit, ꝙ ſic: quia
victus victori, &c. maximè quia in hac cauſa de calumnia non
iuraui. Hoc tamen exemplum videtur reprobari:quia executor
potuit prouidere de ſexta, vt videtur,arg. extra de conceſ. præ-
e ben.quia in cunctis. & de elec. cum terra.[e] ¶ † Item quæritur:
15 pone,dedi tibi libellum tria continentem, contra quem plura
excipis,demum iudex plura pronunciat, ſimpliciter ei non fore
reſpondendum,appello: iudex appellationis pronunciat, quo
ad duo:primo iudicem malè pronunciaſſe,& me bene appellaſ
ſe:quo ad tertiũ uero, eum bene pronũciaſſe & me malè appel-
laſſe:nunquid ſum in expenſis condemnandus? Reſpon.dicas,ſi
vnũ tantum in libello petitur,& ſuper illo pluribus ex cauſis fri
uolis appelletur,una etiam ſola ſit iuſta,nõ condemnabor:quia
tantum conſequor ex iſta ſola, quantũ ex omnibus ſimul conſe
16 querer.†Item ſi ex diuerſis cauſis,quamuis friuolis, iudex recu-
ſetur,una tamen ſit ſufficiens,non fit condẽnatio,quia ad vnum
tenditur. Porro ſi tria,uel plura diuerſa in libello ponanẽ, & pro-
nuncietur,quo ad tertiũ,me malè appellaſſe, vt caſu propoſito,
condemnabor in expenſis.quamuis enim vnus ſit libellus,tamẽ
tres ſunt petitiones,& ſuper qualibet earum poſſet vnus dari li-
bellus:quo caſu nõ eſſet dubiũ, quia fieri poſſet ꝯdẽnatio: quia
quot ſunt articuli,tot ſunt petitiones ff.de appe. cum in vna.ff.
de mino.etiã §.j Item conſtat ſaltẽ,quo ad vnum articulũ, me
appellaſſe iniuſtè:ideoque condẽnabor extra de appel.vt debi-
tus.in fin.& c.reprehenſibilis.argu.ad hoc.ij.q.vj.ſi quis ex pluri
bus.& quod not.extra de except.ſignificauerũt.in gl.ſuper quo.
Et hoc multi dixerunt coram domino Cle papa IIII. de hoc à
me quærente. Ar.tamen ꝯ,extra de teſta. Raynutius. & c. Ray-
naldus.vbi iudex in vno ꝯfirmat ſententiam, & in alio infirmat:
& tamen non condẽnat in expenſis:& de fide inſtru. cum Ioan-
nes.per quas alij dixerunt ꝯtra dicentes, quod cum quo ad pri-
ma duo,bene appellauerim,iudex primus mihi eſt ſuſpectus,nec
ad eũ remitti debeo, nec condemnari,cum conſtet me bene ap-
f pellaſſe:ſuper hoc autẽ not.Papa extra de dol. & contu finem[f].
ꝙ ſi ſentẽtia plures continet articulos, & in vno eſt iuſta, & in
alio non, ſi altera pars appellet à tota ſententia, uel etiã ſi vtra-
que fiet hincinde cõdemnatio expenſarum:ideoque cautus ad-
uocatus debet iuſtũ articulum diuidere ab iniuſto:& ſuper iniu-
ſto debet tãtummodo appellare,vt patet in præ.c Raynaldus,§.
à cuius ſentẽtia.& c.Raynutius §.dictus vero.ubi uero ſententia
unum tantum continet capitulum,puta quia iudex condemnat
in centum,qui debuit condẽnare in quinquaginta, nulla poteſt
fieri diuiſio: & ideo tunc fas eſt à tota ſentẽtia appellare: nec fiet
hincinde cõpenſatio:quia non eſt partis diſtinguere, utrum de-
beat tantum,uel nõ.Sed vbi ſunt plura capitula, tunc ſententia
poteſt pro parte ualere,& pro parte non,ut in præd. concor. &
extrà de conuer.coniug placet.ad hoc facit ſ.de ſala §.ſequitur
verſic.pone,quod non.

## ADDITIONES.

a Statuimus. ¶ Lib.vj.
b §.penul. ¶ alias vlt.
c Ratione. ¶ Ibi no.in gl.quare hoc dicit.
d Relatum. Vbi ſcripſi in gl.dicit Innoc.ad fin.
e Terra. ¶ Vide,quod dixi de offi.deleg.in literis.ſuper verbo, functus. de iure patron.cum dilectus.in gloſſ.not.legatum.& gloſſ.ſequen.ad fin.
f Finem. ¶ Vbi ſcripſi ſuper gloſſ.ſed nunquid ante fi.verſic. quid ſi appellans.

## SVMMARIVM.

1 *Expenſarum condemnatio an ſit nulla taxatione præmiſſa,facienda.*
2 *Expenſæ ſunt ſecundum negotij & perſonæ qualitatem per iudicem taxandæ.*
3 *Expenſarum taxatio diuerſimodè,& à diuerſis fieri ſolet.*
4 *Expenſarum petitionem omittens, an poſſit poſt diem latæ ſententiæ petere.*
5 *Iudex ſi condemnationem expenſarum petitam diſtulerit,debet de propria burſa eas reſarcire.*
6 *Expenſæ iudiciales quæ adiudicantur,debent eſſe vtiles & moderatæ.*
7 *Expenſæ tantum hæ præſtandæ ſunt,quæ propter cauſam factæ ſunt.*
8 *Victore gratis patronum habente,an victus veniat condemnandus in expenſis quas patronus debuiſſet habere.*
9 *Victor artifex exiſtens ſi propter litem impediatur lucrari,an hoc deducetur in expenſis.*
10 *Litem habens cum duobus, cuius gratia nil expendit,an aliquid repetere debeat.*
11 *Expenſæ in cauſa appellationis adiudicantur factæ à tempore emiſſæ appellationis.*
12 *Altera parte ad ſportulas præſtandas non obligata, an ab altera ſint exigendæ.*
13 *Expenſæ diuerſis ex cauſis exiguntur.*
14 *Expenſæ an,& quo caſu ſint ante finem litis præſtandæ.*
15 *Condemnatio expenſarum fieri debet de factis,non de fiendis.*
16 *Expenſæ non ſunt parti contumaciter abſenti in detrimentum alterius partis remittendæ.*
17 *Dolus cum dolo,& culpa cum culpa qualiter compenſari dicantur.*
18 *Locus vicinus, aut tempus propinquum, pluribus ex cauſis per iudicem arbitrari poteſt.*
19 *Agi an poſſit ad expenſas,vbi non intereſt de partis abſentia.*
20 *Contumax ante litis conteſtationem an poſſit mulctari.*
21 *Expenſarum,quæ fiunt in iudicio,quatuor ſunt genera.*
22 *Aequalitas ſemper eſt in iudicijs obſeruanda.*
23 *In certis non eſt locus coniecturis.*

Expenſarum condemnatio qualiter,
& quando ſit facienda.

6.§.Poſtremo dicendum eſt,ſeu reſtat,qualiter, &
quando expenſarum condemnatio
ſit facienda. Et quidem facienda eſt, præmiſſa à iudice taxatio-
ne,ut extra de reſt. ſpol. frequens. §. ſed ſine. & extrà de excep.
a pia.cum ſuis cõcor.[a] in quibus dicitur,taxatione præhabita,&c.
C.de iud.auth.poſt iuſiurandum,& iij.q.iij.quod fieri in fi. De-
bet enim iudex dicere: Amice,quid expendiſti in cauſa,uel ratio
ne huius appellationis à tuo aduerſario interpoſitæ:quid expen
diſti in aduocatis:quid pro teſtibus.& ſimilibus, vt C.de iudi.ſan
cimus. Et ſi ille reſponderit, vltra quàm ſit uerisimile eum ex-
pendiſſe, puta dixerit xx.libr.iudex,ſi ſibi veriſimiliter videtur,
quod expendit tantum xv. iudex dicet,& ego taxo xv.unde dic
per tuum ſacramentum, quantum expendiſti infra xv. quod ſi
ille

## ADDITIO.

a Concor. § Lib.vj.

ille dixerit,ꝙ expendit xij. iudex dicet & ego eum tibi condem-
no in xij.nomine expenſarum, eas reſtringens potius quam la-
xans.Et ſi ille reſponderit ſe expendiſſe xv. minus vno denario
iudex dicat,& eũ ego tibi in qndecim ꝯdẽno minꝰ vno denario,
nomine expenſarum, Vides igitur,qũo præcedit iudicialis taxa-
tio. Vides ẽt, quomodo poſt eam ſequitur iuratio, & poſt eam
condemnatio in id, quod iuratum eſt,nõ enim fieri debet in mi
nus.vt ff.de in lit.iur.in actionibus.hæc probant C. de iu di.auth.
poſt iuſiurandũ.& in auth.Colla.vj.de iudic.§.oportet.extra,de
1 procuratorib,conſtitutis.¶ † Argument. tamen contra, ꝙ fiat
condemnatio expenſarum,nulla taxatione præmiſſa, extra, de
ꝓcur.auditis.ad fi. SOL. Illud in interlocutoriis, vbi ſi quid mi-
nus plene determinatum eſt,adhuc poterit plenius determinari
aliud in diffinitiuis,vbi iudex in pronũciãdo,ſiue bene,ſiue male
functus eſt officio ſuo, nec poteſt aliquid vlterius mutare, vt ſ.
de ſent.§.qualiter.uer.hoc quoque,& ideo non prodeſſent, niſi
certam quantitatem continerent, Vel dic, ꝑut no. in præd.c.au
ditis.ſecundum Papam & alios.Et dicimus generaliter, ꝙ expen
ſæ,quæ fiunt in iudicio,& quæ veniunt iudicis officio, & etiam
quæ fiunt extra iudicium,& quæ veniũt iure actionis,taxari de
bent iudicis officio,vt in præ.l.ſancimus. C. vnde vi, ſi quando,
& in præ §.oportet.qui generaliter loquitur de omnibus expẽ-
2 ſis.¶† Debet autem iudex taxare ſumptus,inſpecta negotii qua
litate.& cõditione perſonæ,extr.quod met.cauſa,c.fi.& in prę.
§.oportet. C. de fruct.& lit.expen terminato.& in præ.l. ſanci-
mus. Et ſi iudex viderit neutram partem in expenſis condem-
nandam, hoc debet in ſententia declarare,ut ibi, Quod uerò in
hoc ſtetur iurõ partis, habes ibi, & C.de iudi.l. properandum.
§.ſin autem alterutra.& not.extr.de fo. comp. dilecti. & in præ.
3 auth poſt iuſiurandum. & infra tit.prox. §.pe.verſic.pen.¶†Et
propter iura præ.quidam taxant expẽſas, & iuſiurandum ſuper
eis recipiũt ante quam ſnĩam in cauſa principali proferant. Alii
verò ſententiam ſuper principali prius proferunt, & in fine ſen-
tentiæ dicunt,& eum in expenſis legitimis condemnamus, ea-
rum taxatione nobis in poſterum reſeruata, & poſtea taxant,
vt ſupra. dictum eſt: quod in Romana curia obſeruamus. quod
a dic, vt ſupra de expen.§. viſo.verſi. quod ſi reus[a] Licet autem
non liceat iudici in minus taxare, quam iuratum eſt:tamen ſi vi
derit ſe male taxaſſe, poterit ſuam taxationem reuocare,& non
procedere ad ſententiam. Poteſt autem appellari, à ſententia
taxationis,& etiam à iureiurando: quæ dic ſecundum Papam,
b prout not.extr.de his,quæ vi metuſue cauſa fiunt, c.fi.[b] ¶†Il-
4 lud etiam notandum eſt, quod ſi quis omiſit petitionem expen
ſarum, adhuc ea die, qua ſententia profertur, & non poſtea,
poteſt eas petere, & iudex poteſt etiã pronunciare, C.de fruct.
& lit.expen.terminato.ff.de re iud. Paulus. de hoc ſupra de ex-
cep cap.2.verſi.ſed quid ſi iudex.niſi in cauſa appellationis,C.de
5 temp.app.per hanc & C.quando prouo.nõ eſt neceſ.l.fin.¶†Et
ſi iudex, cum petita eſt,condemnationem diſtulerit,de propria
burſa reſarcire tenetur,vt in præd.§.ſin autem alterutra & eod.
tit.ſancimus. Habet tamen iudex regreſſum aduerſus partem,
quam debuit condemnare,ar.C.lib.10.de exact. tribu. l. pe. Di-
cunt etiam quidam, quod iudex poteſt in ſua ſententia reſerua
re expenſas. quod dic, ut in præd. verſic.quod ſi reus. Hodie ta-
men uidentur ceſſare prædicta. nam in eius arbitrio eſt,condem
nare, uel non,inſpecta negotii qualitate,in authen Collat.vj.de
iudic.§.oporter.dum tamen declaret hoc in ſententia. C. de iu-
dic. authen. poſt iuſiurandum. Vtrum autem victor poſſit in
cauſa appellare, quia iudex ſibi non adiudicauit expenſas? dic
vt ſupra de appel.§.in quibus uerſi.xxxiiij.& ſequen. Quid ſi ap
6 pellans renunciet appellationi dic,vt ibi. ¶†Et nota, quod ex-
penſæ iudiciales, quæ adiudicantur, debent eſſe moderatæ, &
vtiles,extra de dol. & contu.finem. & c. cum dilecti. in fi. & de
for.comp cum dilecti.& de eo, qui mit.in poſſ cauſ.rei ſer. cum
veniſſent.in fi. & de ſequeſt.poſ.c. j. in fin. ſecundum. B. Ioan.
autẽ & Vincen.& Papa dicunt,ꝙ tantum neceſſariæ, & non vti
c les ſunt præſtandæ,vt in prædict.c.cum ueniſſent.[c] ¶ †Item hæ
7 ſolæ præſtandæ ſunt, quæ propter cauſam factæ ſunt, vt extrà
de do.& contu.finem.& in prædi.concor.& in prædicta l.prope
randum.§.ſin autẽ ex geſtis. putà in aduocatis & teſtibus,& in a-
ctis iudicialibus,& in eũdo,& redeundo,& ſtando, & in aliis,vt
extra,de procur.cum pro cauſa.C de iud ſancimus. & extra, de
iniur,in noſtra & de elect.vt præteritæ.vt in authen. vt iud ſine
quoquo ſuffrag.§.hęc autem omnia ver.pauca uero.C.de fruct.
& lit.expen,non ignoret.extra de uoto,magnæ prope fin.Itẽ hę
expenſæ erunt mediocres,& non delicatæ,ff. de pigno. actio. ſi
ſeruos,in fi ff.de dam.infect.inter quos §.fi & l.ſequen.& quales
victor in domo facere conſueuit,in authen.de mãd.princip.§ il-
lud Collat.iij.ff.ad exhib.ſed & ſi hr̃ditas.§.j.ff. de petit. hæred.
ſed & ſi lege §. ꝙ autem quis,& ſeq & ff de rei ven. ſi res. Nec
obſtat ei,ꝙ minores facere potuiſſẽt,ff.mã.ſi quis alicui. §.impẽ
dia,.Si quas autem fato,uel caſu fecit,illas nõ repetit,ff eo.inter

cauſas.§.nõ omnia.& facit ad hoc ff.pro ſoc.cum duobus. §. dã-
d na[d]. ¶† Quid ſi victor habuit gratis patronũ,nũquid victus cõ
8 demnabitur in eo ſalario,quod fuiſſet habiturus patronus?Et vi
detur,ꝙ ſic: quia victor eſt illi obligatus ad antidora, vt ff. de
petit. hæred. ſed & ſi lege. § conſuluit. extra de teſtam. cum in
officiis.Sed diſtingue, vtrum ille animo donandi patrocinatus
eſt: & tunc non debet fieri condemnatio in ſalario, quod ille
meruit: an verò ſpe remunerationis: & tunc ſic, vt ff. mand. i-
e demque.§.fi.& l.ſi uero non remunerandi[e]. Quid ſi ab emptore
fundi, cui venditor ad expenſas tenetur,vt C. de euict. l.j. euin-
citur fundus: ipſe vero emptor,qui peritus ex in iure, ſine alio
aduocato cauſam defendit, ita quod nihil de contingentibus
omiſit,nunquid poterit petere, quod aduocato dediſſet? Dicũt
quidam, quod ſic: quia hæres, qui euincit hæreditatem à bo-
næ fidei poſſeſſore, computat ei quod ipſe fuiſſet de ſuo patri-
monio expenſurus, ff.de petit. hæredit.ſed & ſi lege.§ quod au-
tem quis.uerſi.& nunc igitur,& facit ad hoc ff.locat.quod ſi do
mus.& ff.de leg.iij.l.penul.Arg.tamen contra,ff.de fideiuſſ. ſti-
pulatus es opus. Sed illud dicunt ideo ibi eſſe, quia non ea eſt
cauſa, in quam fideiuſſio facta fuit. Item contra in præd. §.ſin
f autem ex geſtis[f]. Secus autem eſſet, ſi aliquid de contingentib.
g omiſiſſet,arg.ff.de rei ven. vtique.§.culpa.[g] ¶ † Quid ſi victor
9 plus expendit,quam victus expenſurus fuiſſet, nec victus habe-
bat aliquod priuilegium, uel ſi habebat, non allegauit illud? Re
h ſpon[h]. victor conſequetur expenſas, quas fecit, non quas vic-
tus facturus eſſet, vt ff.mand.ſi quis alicui. §. impendia. & facit
ff.ad Macedon.item ſi.§.quod dicitur. & quod not.ff.de iud.eũ
qui.& hoc intellige in cibo, & huiuſmodi. Si autem plus ſolue-
ret notariis,uel executoribus, uel huiuſmodi, quam teneretur,
hoc non computabit: & facit ff.de relig & ſump.fun.at ſi quis,
§.funeris. Quid ſi victor artifex eſt, qui de ſuis manibus lucra-
tur: ſed lis eum impedit, nunquid hoc deducet? Videtur, quod
i ſic, argu.ff.ad exhib. ſed & ſi §. quod autem ſecundum B. Yſi.[i]
10 ¶†Quid ſi habeo cum Titio vnam litem, & aliam cum P.cuius
gratia nil expendo, nunquid repetam? Videtur diſtinguendũ,
k ut ff.fami.erciſ.ex parte.in prin.[k] Et not. ſuper hoc tria genera
expenſarum, ut infra uer. in ſumma. Item de condemnatione
expenſarum deducendæ ſunt, quas domi facere conſueuit, ff.
ad exhib.ſed & ſi §.fin.& in præd. §. quod autem. & in præd. l. ſi
res.

ADDITIONES.

a Reus. ¶ Probatur, & vt ibi dicitur, hæc forma commendatur per l. vbi
C.de fal.& mihi placet, ne pars præſentiens ſe ſuccumbere, poſsit impe-
dimenta præſtare,ſed quando ex qualitate perſonarum non venit, hoc ti-
mendum: ſatis placet,quod præd.præcedant.
b C.fi.¶ Vbi ſcripſi ſuper verbo ab ipſo.
c Veniſſent. ¶ Quomodo hæc contrarietas tendit ad idem ex quo de im-
moderatis agitur: dixi in decret.finem ſuper gl.ſed nunquid ante finem.
d Damna. ¶ Idem not.in c.finem in glo.ſed nunquid ante fi. In contrarium
allegatur. §.ſequens, qui incipit, quidam. vide,quod ibi not. & in §. non
omnia.
e Remunerandi. ¶ Secundum Guid. de Suza. cuius fuit ad literam iſte
verſi.in l.properandum. C. de iudic. §. ſin autem. iij. & fuit additio cum
duobus ſeq.
ADDE pro hac deciſione Rotam. in terminis in antiq. deciſ. deciſio.
ccccxxxiiij. Et quid ſi quis propriam cauſam tractauit per ſe, an repetat
expenſas, quas facere potuiſſet in procuratores? vide Rotam in antiquis
deciſ.dxxxiij.
f Geſtis. ¶ De l.properandum, ſuperius allegata, ibi dicitur deberi expen
ſas,quas reus ſe feciſſe iurauerit.
